



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

Pars Prima. De Ivrisdictione Et Foro Competenti. Pars Secunda. De Præeminentiis & Præcedentiis

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

De Jurisdictione Qvam Habent S. R.E. Cardinales In Ecclesiis suorum Titulorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74087](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74087)

DE JURISDICTIONE
 QUAM HABENT
 S. R. E. CARDINALES
 In Ecclesiis suorum Titulorum.
 DISCEPTATIO
 FRANCISCI CARDINALIS
 ALBITII

Novis allegationibus aucta, & addita Quæstiuncula. An Cardinales Diaconi in suis Diaconiis possint solemnem Benedictionem impartiri.

Vna cum responsione ad ea, quæ pro parte Fratrum in Conventu Sanctæ Mariæ in Via degentium, & eidem Ecclesiæ Titulari interservientium latè fuerunt adversus dictam Disceptationem adducta.

AMPLISSIMO
 S. R. E. CARDINALIVM COLLEGIO.



Actus occasionem asserendi, & tuendi Jus Cardinalitium; operæ pretium duxi, eam communis boni causa suscipere, & ad Ordinis nostri dignitatem, & Romanæ Ecclesiæ utilitatem conferre. Acta à Me antea, & nunc scripta non privati sunt studii, sed publici officii, mea hinc solum est opera, reliqua sunt vestra. Antiquissimum Jus Titulorum, Cardo Dignitatis nostræ, hac in causa statuitur, & exponitur, & quantitas declaratur. Nihil ei de novo additur, sed quod semper habuit annexum retinetur. Quod justè possidetur, nemini ex eo, cum usu capitur, fit injuria. Augetur Dignitas, & splendor Ordinis, illustratur Sedes Romana, ornatur Pontifex Summus, cujus Nos sumus, ejusdem beneficii, Collaterales, & Coadjutores, (a) & quocum Orbem, ut ille ait, judicamus, quibus quod accrescit, ad Pontificem redit, in eumque refunditur. Unde quò amplius Dignitas nostra amplificatur, eò altius Pontificia Potestas attollitur. Quod autem ita nostro Jure utimur, ad Religiosos Ordines ex eo usu gloria redundat. Nam cum eis vices nostras partimur, & dum ex eis Vicarios nostros instituimus, Cardinalitii luminis participes efficiamus. Quod si attentè considerent Superiores Religionum, immò esse quod gratulentur; Et quemadmodum queri non solent immò gratulari, quando aliquis ex suis, Theologus aut Confessarius, aut Concionator Cardinalitius instituitur, aut Missionarius, aut Qualificator, aut Consultor Sacrarum nostrarum Congregationum eligitur, ita oportet nunc gratificari Nobis

& gratulari sibi, quod à Nobis eorum quisquam sit, sive Vicarius, sive Parochus, sive Sacrista, sive Concionator in Nostri Titulis institutus; Itaque aut omnia illa munia, quæ cum læticia, & plausu receperunt, sunt dimittenda, aut hæc cum aliis pariter sunt recipienda; & verò si nullum ex illis officiis detrimentum illatum est, aut inferitur Religionibus, neque ex his quicquam damni inferetur: vel si quid jacturæ ob alia fecerunt, & faciunt, & tamen illud patiuntur, æquum est, ut si quid jacturæ hinc evenerit, eodem modo patiatur: Nec queri qui præ sunt Religionibus debent, quod Superiorum diversitas, seu multiplicitas confusionem, ac perturbationem Religiosæ gubernationis pariat: ultraque enim Jurisdictio intra suos limites continetur, neque quæ ad Regularem observantiam spectant Cardinalis Titularis usurpare prætentit, nec fas est Religionis Superioribus ea, quæ ad cultum Divinum, & Regimen tam spirituale, quàm temporale Ecclesiæ sui Tituli ad Cardinalem Titularem attinet, invadere, quod si nihilominus pergunt queri, & repugnant, suspicionem faciunt odio privatæ personæ duci, non communis boni studio moveri: Equidem cum Jus nostri Tituli asserbam de Justitia, cum illius usum Religioni communicabam, de gratia cogitabam, credebamque simul à Nobis Jus acceptum, & illis beneficium datum, quod si rejiciant, non idcirco Nos, Eminentissimi Patres Jus nostrum dimittamus; Aliud quippe est beneficium repudiare, aliud Juri renunciare, cum illud sine injuria fiat, hoc sine injuria fieri non possit; Quàm sit autem fundatum, & solidum ex hac mea, Eminentissimi Patres, ratio-

[a] D. Bernardus de consider. lib. 2. cap. 4. c. Per venerabilem §. Rationibus, vers. sumi autem.

inatione apparet. cuius, ii, argumentis opus est, ut respondeant; quæ si non possint diluere, querimonis abstineant, & sinant Nos pacificè Jure nostro frui, quod & per se clarum & manifestum est, & Bullis Pontificiis, quemadmodum ostendimus, confirmatum. Hoc ergo propono Eminentissimo, ac Reverendissimo Vestro Collegio, & agnoscendum, & tuendum. Hortatur communis ratio Dignitatis, & causæ, quæ est cura Ecclesiarum nostrarum, quam debemus ex officio præstare, & si negligamus, graviter in eo delinquimus, ut enim ait Sanctus Antoninus (a.) Peccant Cardinales si non curent, ut Ecclesiæ sibi commendatæ fartæ, ac rectæ conserventur, Ecclesiastica officia in eis frequententur, & idonei Ministri illis præficiantur, si animarum, quæ ipsi subjectæ sunt, diligens cura non geratur. Hæc autem vix præstari ritè, ac rectè possunt nisi à Nobis, Vicariis, Parochi, Sacristæ, Confessarii, ac Cõcionatores Nobis cogniti, & explorati, & omnino probati, & fidi in Titulis eligantur: Itaque, ut verbis Bernardi utar (b.) Agite pro loco quem tenetis, pro dignitate, qua polletis, pro potestate, quam accepistis ut Ordinis Noliti Jus, & Dignitas ex integro conservetut.

Humillimus, & Additissimus Servus

F. Card. Albitius.

(a) 3. par. Summe tit. 23. cap. 2. col. penult. (b) Epist. 188.

S U M M A R I U M.

- 1 **D**omus in sacrorum usum conversa, seu Ecclesie, quare dicebantur Tituli, & nu. 12.
- 2 Crux apponebatur in Titulum in erectione dictarum domorum, seu Ecclesiarum.
- 3 Ecclesia ad situm non possunt nisi Episcopus crucem prius opponat.
- 4 Velatum in imaginibus seu nominibus martyrum in titulum apponebantur.
- 5 Tabella etiam, cum descriptione nominis Sanctorum affixa, dicebantur tituli.
- 6 Domus Deo dicata, quæ tituli vocantur, à fiscalibus titulis nomen desumunt.
- 7 Bonorum fisco applicandorum tabella apponi non possunt nisi ab eodem fisco.
- 8 Tituli appositio quare prohibita à Justiniano Imperatore.
- 9 Memoria in Sanctorum honorem erecta vocantur tituli.
- 10 Absalon erexit sibi in titulum nomen suum.
- 11 Jacob in titulum erexit lapidem quem capiti suo supposuit.
- 12 De eadem conclusione de qua num. 1. quod Ecclesie dictæ sunt tituli ab initio nascentis Ecclesie.
- 13 Tituli nomen secundum aliquorum opinionem à tuando derivat.
- 14 Reprobatur dicta opinio, & firmatur quod honorem significat.
- 15 Refertur alia opinio volentium titulos idem esse ac redditus & proventus Ecclesie relictos, & num. 17.
- 16 Reprobatur etiam dicta opinio, & referuntur casus in quibus tituli nomen non redditibus, & bonis applicatum fuit, sed Ecclesiis, vel domibus ad divinum cultum destinatis.
- 17 De eadem conclusione de qua numer. 15. quod scilicet prædica & bona Clericis assignata dicantur tituli.
- 18 Quodque vocentur tituli ordinationum Card. de Luca de Jurisdic. & Foro compet.
- 19 In Clerum antiquitus non admitterebantur, qui certe Ecclesia adscripti non erant.
- 20 Presbyteri plures uni titulo adjecti, & ex eodem titulo denominati fuerunt.
- 21 De ratione ob quam plures Presbyteri fuerunt uni titulo additi.
- 22 Tituli prædicti à quonam fuerunt in Urbe Presbyteris assignati.
- 23 Quare Fabianus Pontifex constituit septem Diaconos per septem Urbis Regiones.
- 24 Diaconi cum nomine Regionum subscribere se solebant in decretis Pontificum.
- 25 Presbyteri titulis adscripti Sacramenta ministrare tenentur ad instar Parochorum animarum curam gerentium.
- 26 Diaconi officia erant circa fidem conservandam & propagandam.
- 27 Declaratur conclusio de qua num. 24. quare hodie Diaconi non se subscribant amplius cum nomine Regionum, sed Diaconie.
- 28 Cardinales attento eorum dignitatis & auctoritatis augmento in titulis non jure simplicis Parochi seu Plebani, sed pinguiorise gerunt.
- 29 Cardinales tenentur residere in titulis.
- 30 Et non residentes deponi possunt à dignitate Cardinalia, facta prius mentione.
- 31 Cardinales in suis titulis jus Episcopate habere declaravit Bonifacius VIII.
- 32 Referuntur dicentes contrarium, sed reprobantur.
- 33 Declaratur conclusio de qua num. 31. ut Cardinales in Ecclesiis suorum titularum loco Episcoporum habeantur quoad jurisdictionalia, quo vero ad Episcopalia, si sunt Episcopi.
- 34 Quod ampliatur etiam si non sint Episcopi.
- 35 De eadem conclusione de qua num. 33. ut qui non sunt Episcopi, non habeant ex sui natura jurisdictionem Episcopalem, sed quasi Episcopalem.
- 36 Prout neque habeant ea quæ sunt ordinis.
- 37 Quia nempe non possunt conferre Sacramentum confirmationis, ordines sacros, & alia similia jura Episcopalia.
- 38 De eadem distinctione de qua numeris precedentibus inter Cardinales habentes jura Episcopalia, & ea quæ sunt jurisdictionis.
- 39 Declaratur opinio Cardinalis Bellarmini volentis Cardinales Presbyteros & Diaconos in suis Titulis & Diaconis esse subiectos Episcopo ad instar Parochi.
- 40 Cardinales titulares de jure communi majorem habent auctoritatem & jurisdictionem in suis titulis, quam Parochi in eorum Ecclesiis.
- 41 Cardinales Diaconi habent jus Episcopale seu quasi in suis Diaconis sicut Presbyteri in eorum titulis.
- 42 Quod ampliatur procedere sive tituli vel Diaconia sint in Ecclesiis secularibus, sive regularibus.
- 43 Cardinales Titulares leges obligantes in conscientia in suis titulis ferre possunt.
- 44 Habent in suis titulis jus corrigendi, excommunicandi, suspendendi, ac interdici sententiam ferendi.
- 45 Visitandi jus habent in suis Titulis sicuti Episcopi in eorum Diocesis.
- 46 Ecclesie Titulares dicuntur parva dioceses intrà fines Episcopatus Romani.
- 47 De Concilio mandantibus Cardinales posse per se, vel per Vicarium visitare Ecclesias suas.

- suorum Titulorum eorumque subditos.
- 48 Cardinales Titulares possunt per se ipsos, vel eis absentibus per Vicarium visitare clericos & populos Ecclesie Titulari subiectos circa Ecclesiarum bona & cultum divinum, ac etiam circa eorum mores & vitam.
- 49 In visitatione unum ex inservientibus Ecclesie titulari adhibere tenentur.
- 50 Instituenti ac destituenti jus habent in Ecclesiis suorum titularum, & num. 63.
- 51 Beneficia dicti tituli annexa conferre possunt.
- 52 Canonici etiam, ac prabendae seu beneficia curam animarum habentia.
- 53 De privilegio concesso per Sixtum IV. dictis Cardinalibus conferendi omnia suorum Titulorum beneficia.
- 54 Pontifex beneficia praedicta conferre non debet nisi quatenus vacent in Curia, vel de expresso Commendatarii aut Ordinarii consensu.
- 55 Facultas praedicta conferendi beneficia Ecclesiarum Titularium non cadit sub revocatione Inultorum Cardinalium Gregorii XIV. & Pauli V. circa beneficiorum collationem.
- 56 Declaratur dictam facultatem competere quatenus Cardinales sint praesentes in Curia.
- 57 Praesentes quando dicantur moram trahentes in Urbis districtu.
- 58 Referuntur resolutiones & casus in quibus declaratum fuit optionem competere Cardinalibus absentibus ab Urbe intra duas dietas.
- 59 Juris assistentiam habent in collatione beneficiorum suorum Titulorum vel Commendarum.
- 60 Assistencia praedicta non suffragatur ad effectum manutentionis, si constat alium esse in quasi possessione conferendi eadem beneficia.
- 61 Declaratur conclusio de qua n. 51. & seq. ut procedat in beneficiis libera collationis, sectis in illis de jure patronatus, in quibus Titularibus competit solum institutio.
- 62 Ampliatur eadem conclusio ut etiam in beneficiis de jure patronatus si Patroni sint discordes, collatio Titularibus competat sicut Episcopis in eorum Ecclesiis.
- 63 De eadem conclusione de qua num. 50. quod Titulares possunt etiam cum minori solemnitate beneficiatos destituere sicut instituere.
- 64 Cardinales Titulares curam animarum habent in suis Titulis.
- 65 Confessiones subditorum audire possunt quatenus sint sacerdotes.
- 66 Matrimonii interesse possunt, vel licentiam intereundi aliis concedere.
- 67 Jura parochialia exercere possunt sicut Parochi.
- 68 Jurisdictionibus Pontificalibus in Ecclesiis Titularibus uti possunt, ac solemnem benedictionem impartiri more Episcoporum.
- Examinatur questio an praedicta, ac alia praeminentia competant Cardinalibus Diaconis in eorum Ecclesiis.
- 69 Primam tonsuram ac minores ordines suis subditis in eorum titulis conferre possunt, dummodo sint Sacerdotes, & num. 71.
- 70 Reprobatur opinio Sanchez volentis hujusmodi privilegium Cardinales habere ex consuetudine, illudque fuisse sublatum per Conc. Trid. & firmatur contrarium.
- 71 De eadem conclusione de qua num. 69. quod Cardinales possunt in his titulis conferre ordines & primam tonsuram subditis.
- 72 Cum suorum titularum subditis dispensare possunt in omnibus casibus sicut de jure possunt Episcopi.
- 73 Reprobatur opinio volentium Cardinales in suis titulis non posse dispensare in voto, & declaratur quando procedat eorum opinio.
- 74 Facultas dispensandi irregularitatibus concessa Episcopis per Sac. Conc. Trid. non competit Cardinalibus in Ecclesiis suorum titularum, & refertur opinio Titularibus favorabilis.
- 75 Idem dicendum est de Pralatis inferioribus quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus.
- 76 Contraria opinio praedictis Cardinalibus favorabilis non est improbabilis ex eadem ratione de qua num. 46.
- 77 Indulgentias centum dierum concedere possunt Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum.
- 78 Ultimas voluntates commutare possunt in suis titulis secusa Pontificis reservatione.
- 79 Fideicommissis ad praedictas Ecclesias spectantibus derogare possunt.
- 80 De legatis Ecclesie suorum Titulorum relictis disponere possunt.
- 81 Regimen & curam habent bonorum spiritualium suorum Titulorum.
- 82 Reprobatur distinctio Pasqualigi circa titulos antiquos & novos circa dictum regimen & curam.
- 83 Clausula sine prejudicio intelligitur praeterquam quoad expressos.
- 84 Subsidium charitativum Cardinales praedicti exigere possunt a subditis suorum titularum.
- 85 Canonicum unum suorum titularum possunt ad sui servitium retinere, & de ampliatione etiam ad duos canonicos.
- 86 Canonicus praedictus lucratur fructus sua praehenda, non autem distributiones quotidianas.
- 87 Vicarium deputare possunt Cardinales in suis titulis, & de eadem conclusione de qua numer. 47. & seq.
- 88 Jurisdictionem quam habent Cardinales in suis titulis est ordinaria, & tanquam in jure fundata late interpretanda.
- 89 Consuetudo contra Ecclesia utilitatem non valet.
- 90 Et contra Ecclesie utilitatem non valet.
- 91 Immo uti contra Ecclesiasticam disciplinam recipienda tanquam irrationabilis, & a jure improbata.
- 92 Adversus actus jurisdictionales tanquam facultatibus consuetudo iudici non potest.
- 93 Negatur adesse consuetudinem in contrarium, & firmatur conclusio quod exercitium unius actus etiam miuini conservat jurisdictionem in omnibus, quodque usus alicujus rei privilegiata sufficit pro retentione privilegii.
- 94 Reprobatur Mandosius ad reg. 7. Cancellariae quest. 2. num. 7.
- 95 Cardinales in suis Titulis & in causis hujusmodi titulos concernentibus absolutam jurisdictionis potestatem habent, illasque audire possunt.
- 96 Consuetudo contraria jurisdictioni quam Cardinales habent in suis titulis sublata fuit per Sixtum V.
- 97 Decretum irritans tollit omnem praescriptionem & consuetudinem, omnemque usum & contrarium usum.
- 98 Refertur opinio Mandosii & sequacium volentium

Crucem figat, ut patet ex *Concilio Aurelian. registr. in cap. Nemo 9. de Consecr. distinet. 1. & in l. Decernimus, Cod. de Sacr. Eccles. & in Auth. ut nullus Fabric. col. 5. tit. 17. in Capitul. Francia lib. 5. c. 139. & in Ritual. Rom. de Divinis Officiis cap. de adific. Eccles. sive quia ad fores Ecclesiarum in honorem Martyrum erectarum, Vela quædam suspendebantur, in quibus depingebatur ipsius Martyris imago, aut nomen: quæ Tituli dicebantur, ut ex *Gregor. Turonen. lib. 4. Mirac. Beati Martini*, & ex *B. Paulino Natali sexto, qui sic capit.**

Quæ pulchra regentis.

Vela ferant foribus, seu plura splendida lino

Sive coloratis textus fucata figuris

Hi læves Titulos lento poliant argento

Sanctæque præfixis obducant limina lamnis.

Quæ Vela D. Ambrosius Cortinas Regias appellat *lib. 5. epist. 33.*

5 Sive quia in Aedibus in honorem Sanctorum erectis affigebantur Tabellæ quædam cum inscriptione nominis illius Sancti, quæ aedes Deo erat dedicatæ, quæ Tituli vocabantur; desumpta nomenclatura à Fiscalibus Titulis, de quibus in *l. si quando in secunda, C. de bonis vacant. lib. 10.*

7 Cum enim bona vacantia Fisco incorporanda essent, huiusmodi incorporatio per Tabellæ, sive Tituli impositionem fiebat, quæ non nisi à Fisco poterat apponi, ut in *C. Ut nemo Privatus Titulos, & in l. 1. C. de Navibus non excusan. lib. 10. ex Cassiodoro lib. 4. epist. 14. & lib. 5. epist. 6. & lib. 9. epist. 8. ex Symmacho lib. 2. epist. 27. & lib. 5. epist. 54.*

8 Idè Imperator Justinianus in *Novell. 28. cap. 5.* vetuit, Ne aliquis imponat Titulum prædiis, vel alienis aedibus, siquidem hoc Fisci proprium est, & Regiarum Domorum, ut ipse ait, quam Pientissimæ Augustæ. Si verò sub alterius appellatione Tabulas, sive Titulos impositos deprehendat &c. Quod repetit in *Novell. seu de Pratore Paphlagonia cap. 4. §. certè, & Novell. 30. sive de Pratore Capadocia cap. 8. in fin. concordant Text. in l. 2. C. Ut nemo Privatus Titulos, & l. fin. ff. Quod vi, aut clam. in illo enim statuitur, ne quis Vela Regia suspendere, vel Titulum audeat, in isto autem habetur, si ad januam meam Tabulas affixeris. Sive denique quia cum Domus Fidelium in Sanctorum Hominum memoriam ædificarentur, memoria illa Titulus vocabatur, desumpto argumento à sacris litteris. Nam *lib. 2. Regum cap. 18. habetur.**

10 Porro Absalon erexit sibi cum adhuc viveret Titulum, qui est in Valle Regis, dixerat enim, non habeo filium, & hoc est monumentum nominis mei,

11 vocavitque Titulum nomine suo; Sic etiam Jacob *Genes. cap. 18.* Lapidem, quem supposuit capiti suo, cum in somnis vidit scalam, erexit in Titulum.

12 Utcumque sit, Ecclesiæ in honorem Sanctorum ædificatæ ab initio nascentis Ecclesiæ Tituli vocatæ sunt. Sic ex *Prudentio Hymno 5. de S. Vincentio.*

Jam nunc & ossa extinxero,
Ne sit sepulchrum funeris:
Quod plebs gregalis excolat,
Titulumque figat Martyris.

Et Hymno 1.

Parte alia Titulum Pauli via servat Ostiensis.

Et istius sunt sententiæ ultra Baronium locis ritæ.
Onophrius Paninus de septem Urbis Ecclesiis cap. 2. in princ. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. vers. Ego verò, Manclerus de Monarchia Divina, Eccle-

siast. & Seculari tom. 1. par. 2. lib. 4. pag. 582. Martini. Roa lib. singul. cap. 10. in fin. & de die Natali cap. 21. Iuret. ad Symmachum epist. 23. Amaya ad l. si vacantia à nu. 3. usque ad 9. C. de bonis vacant. lib. 10. lo. Ferrand. Anicien. in disquisit. Reliquiaria l. 1. c. 6. a. 2.

Et hoc nomen Tituli à tutando derivasse, eo quod ubi essent affixæ Tabulæ pro suo vendicarent, atque tuerentur, voluit *Cujaccius, Iuret. & alii citati ab Amaya ad l. si vacantia n. 6.*

Quod tamen non placet *Julio Casari Scaligero lib. 1. poet. cap. 9.* quem referunt *Ludovic. à Cerda lib. 3. Enead. vers. 545. num. 10. Theodor. Hoeping. in Tract. de Insignis cap. 2. §. 1. n. 15.* Nam credit Scaliger, verbum Tituli derivare à verbo Græco, *Tyri* quod honorem significat, ut idem sit honor, ac Titulus.

Et ex his assentire non possunt *Ciacconius* in vita *S. Higinii Papæ* in discursu de origine Cardinalium; quem sequitur est *Casalius de Veter. sacr. Christianor. Ritual. cap. 83. Et novissimè Fr. Petrus Maria Passarinus de Statibus & officiis Hominum tom. 1. q. 18 §. num. 20. vers. His verò Titulis.* Existimantibus Titulos nil aliud esse, quàm redditus, vel proventus ex Villis, Prædiis, Fundis, aut Agris à piis, sive viris, sive fœminis ad alendos Ecclesiæ Ministris relicti, & hinc ortos esse Titulos Equitii, Vestinæ, Pammachii, Lucinæ, Julii, Callisti, Damasi, Pastoris, Eudoxiæ, Emilianæ, Crescentiæ, Fasciolar, Tygridæ.

Nam nomen Tituli non bonis, & redivisibus applicatum fuit, sed Aedibus, & Ecclesiis ad Divinum Cultum destinatis, ut colligitur ex *Baronio in notis ad Martyrologium & die 19. Junii*, ubi de Titulo Vestinæ, die 26. Julii, ubi de Titulo Pastoris, & die 1. Augusti ubi de Titulo Eudoxiæ, & de Titulo Equitii Damasi in Silvestro hæc habet. Hic fecit in Urbe Romana Ecclesiam in Prædio ejusdem Presbyteri sui, qui vocabatur Equitius, quam Titulum Romanum constituit juxta Thermas Diocletianas, qui usque in hodiernum diem appellatur Titulus Equitii.

Et de Titulo Vestinæ *Anastasi. in Innocen. 1.* Eodem tempore dedicavit Basilicam Sanctorum Gervasii, & Protasii, & infra, titulum Romanum constituit.

Et opinionem Ciacconii reprobatur *Vicorell.* ad eundem Ciacconium *loc. cit. verb. Tituli autem pag. 46.* dum ait, Evaristus Pontifex dum titulos in Urbe divisit, nullam de redditibus mentionem fecit.

Verum est, quod successivis temporibus Prædia Clericis assignata ad victum, & Ecclesiis relicta tituli nomine vocata sunt ut apparet ex *lib. 1. feudor. tit. 6. §. 1. ibi.*

Si Episcopus, vel Abbas, vel Abbatissa, vel Dominus Plebis feudum dederit de Rebus Ecclesiarum, quæ iis subiecta sunt, & tituli vocantur.

Quod nomen transfusum est ab Ecclesiis in bona, ut ex nostris notat *Calvinus in Lexicon Juris verb. Tituli primum*, ubi. Quod tituli primum erant certæ Sedes Clericis attributæ, in quibus munus suum exercerent; Postea verò eo nomine Prædia iis ad victum, cultumque assignata.

Et hoc etiam prius tradidit *Quintana Duennas lib. 3. Ecclesiasticon. in explicatione Canonis IV. Concilii Calcedonensis num. 13.* Nam hoc tituli verbum positum in certo quodam loco, & Sede certa, quæ in Ecclesia Clericis attributa erat, ut munus suum exercerent, quo nomine Prædia etiam his ad victum, cultumque assignabantur.

Hinc orti sunt postea tituli Ordinationum, de qui-

quibus in dicto cap. 4. Concilii Calcedonenfis registrat. in c. Ne memem 70. distinct.

19 Non enim antiquitus admittebatur quis in Clerum, nisi qui certæ Ecclesiæ esset adscriptus *Peir. Gregor. in Insti. Reibenefic. cap. 8. nu. 1. Tondur. quest. Canonic par. 2. cap. 1. §. 11. num. 2.* Unde ejus Ecclesiæ, & tituli dicebatur, in cujus Albo erat descriptus *Baronius ad annum 112. num. 4. §. 6. Binius ad vitam Evaristi vers. Hic Titulos.*

Nec cum Casalio possum sentire, qui loco superioris citato existimat, quod si redditus Ecclesiarum essent opulenti, non unus, sed duo, & plures singulis titulis præficiantur.

20 Licet enim verum sit, plures Presbyteros uni titulo fuisse addictos, & ex eodem titulo plures denominari, ut constat ex subscriptionibus Concilii Romani primi sub Symmacho, cui subscribere plures Presbyteri ejusdem tituli, & Synodi Romanæ sub Gregorio Magno, de qua lib. 4. *Epistolarum ejusdem Gregorii Indictione 13. cap. 38.* cui subscribere Presbyteri S. Babini tres, S. Damasi duo, sanctorum Apostolorum tres.

21 Non tamen hoc evenit propter reddituum opulentiam, sed quia Fidelium crescente numero oportuit crescere Ministros in titulis qui Sacramenta ministrarent, ut ait *Cardinalis Turrecremata in Summa de Ecclesia lib. 1. cap. 83. vers. Quod vero.*

22 Porro hujusmodi tituli ab Evaristo fuerunt in Urbe Presbyteris assignati, ut ex lib. *Pontificali Damasi Papa ex Anastasio Bibliothecario in ejus vita, & Baronio ad annum 112. n. 6.*

23 Sed quia in Urbe Fidelium numerus crescebat indies; Fabianus Pontifex constituit in ea septem Diaconos per septem Urbis Regiones, qui Regionarii sunt dicti, ut ex *Michaele Medina lib. de continentia, afferit Vasquez in 3 parte disp. 326. num. 79.* quod innuit Sixtus V. in Bulla, qua præfinit Titulos Cardinalium, quæ incipit, *Religiosa, in 2. tom. Bullarii novi constit. 65 in princ.*

24 Et propterea in Conciliis, & Decretis Pontificum subscribebant Diaconi cum nomine Regionum, ut patet in Decretis Symmachi, quibus ita subscripti reperiuntur, nempe.

Cyprianus Diaconus S. R. E. Regionis septimæ his subscripsi, & consensi.

Anastasius Diaconus Regionis primæ subscripsi.

Joannes Diaconus Regionis secundæ subscripsi.

Tertullius Regionis quartæ subscripsi.

25 Porro officium Presbyterorum, qui dictis Titulis adscripti erant, fuit administrare Christi fidelibus Sacramenta, & ad instar Parochorum, animarum curam gerere, *Panvinus de septem Urbis Ecclesiis cap. 2. Baronius ad annum 112. num. 5. & 6. Azor. Insti. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. quest. 4. Petrus Andreas Gamma in repetit. Extravag. Julii II. de Simoniacæ Papæ electione nu. 127. vers. Ideo Germonius de Indult. Cardinal. §. ult. n. 3.*

26 Officium verò Diaconorum Regionum non erat, ut assisterent Pontifici, ut statuit Evaristus, sed ut Christianam Religionem propugnarent, & conservarent *Vasquez d. disput. 236. n. 79. & expressè Sixtus V. præcitata Constitutione in princip.*

27 Assignatis postea tractu temporis Diaconis Ecclesiis Regionum, non cum nomine Regionis Decretis, seu conciliis Summorum Pontificum subscribere, sed cum nomine Ecclesiæ sibi assignatæ, non tanquam Titulus, qui solum Ecclesiis Presbyteralibus datus erat, sed tanquam Diaconia; qui mos

usque ad hæc tempora servatur. Talis enim est Diaconorum subscriptio.

Ego N. Sanctæ Mariæ in Vialata Diaconus Cardinalis.

Ego N. Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis.

Crescente verò Dignitate Cardinalium, quia functionibus Papæ assistebant, crevit & in Titulis Auctoritas; Ideo non ut simplices Parochi, seu Plebani, sed pinguiori jure administrarunt, ut notat *Felms in c. His quæ de majori. & obediens in princip. Ioan. Andrea in c. Dilectus n. 9. & ibi Hostien. n. 3. Abbas n. 12. de Cappellis Monachorum.*

Non sublata illis obligatione residendi in dictis Titulis, ita ut Leo IV. & non III. ut in j. Decretali, Anastasium Presbyterum Cardinalem sancti Marcelli, cum suum Titulum deseruisset, & monitus residere neglexisset à sua Dignitate deposuit, ut constat ex cap. *Ex gestis de Cleric. non resident. ubi Abbas, & ceteri, R. P. D. Fagnanus ibidem numer. 10.* cujus depositionis Historiam latè prosequitur *Cardinalis Baronius ad annum 853. num. 45. ubi nu. 55. sententiam depositionis apposuit, & ex nostris Lotherius de re benefic. lib. 3. q. 27. numer. 53. eruditus P. Franciscus Macedo in tract. de Clavibus lib. 4. tract. 5. cap. 8. vers. nonnullæ quæstiones, quæ eandem Leonis IV. Historiam refert.*

Hoc autem pinguius jus, quod habent Cardinales in suis Titulis declaravit Bonifacius Octavus Jo. Monacho Cardinali, & ejus Vicecancellario, ut ipse testatur in cap. *unic. de majori. & obed. in 6.* Dicit enim Jo. Monachus, quod Papa sibi respondit, quod Cardinales in suis Ecclesiis habent jus Episcopale, quod dictum referunt, & sequuntur plerique ex D. D. infra citand. & præfertim *Ioan. Andr. dist. cap. unic. num. 3. Mart. Laudens. de Cardinal. quest. 60. in princ. Cassaneus ad Consuetud. Burgundie tit. des Justices rubr. 1. §. 4. pag. 136. vers. Item etiam. Redina in Promptuario recept. sement. tit. II. de Cardinalib. num. 5.*

Et quamvis hujusmodi dictum tanquam incertum non approbetur à *Suarez de Reig. tom. 2. tract. de Voto lib. 6. cap. 10. num. 10. & à Sanchez in Summa lib. 4. cap. 38. num. 2.*

Nihilominus tanquam certissimum habendum est, non solum, quia sic sentiunt quotquot super hac materia scripserunt, sed quia Paulus IV. in sua Constitutione, quæ incipit cum *Venerabiles, in Bullario novo tom. 1. const. 5.* sic declaravit, & statuit, ibi.

Ac diversæ Almæ Urbis nostræ Parochialibus Ecclesiis pro eorum Cardinalatus Titulo, sive denominatione præficiuntur, & in eis Episcopalem Jurisdictionem habeant, quam Jurisdictionem agnoverunt etiam ipsemet Suarez, & Sanchez locis infra citandis.

Statuenda est igitur tanquam certissima, & indubitata conclusio, quod S. R. E. Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum Jurisdictionem Episcopalem habent, quæ desumitur à sententia Honorii III. registr. in c. *His quæ de majori. & obediens. ubi Abbas n. 1. dicit, & tenementi, quod Cardinales habent in Titulo suo, & in Ecclesiis subjectis Titulo Jurisdictionem Episcopalem, Felin. ibid. in princ. dixit ex mente Imole in Clement. ne Romani, de elect. quod Cardinales in suis Titulis habentur loco Episcoporum, quoad Jurisdictionalia, & quoad Episcopalia si sunt Episcopi. Io. Andr. ibid. num. 11. ait in suis Ecclesiis habent (Cardinales) Jus Episcopale.*

le. His consentiunt *Bellam. n. 11. in fin. Cardinalis in s. opposicione R. P. D. Fagnanus n. 15. ibi.*

Quintò nota Cardinales in suo Titulo, & in Ecclesiis Titulo subjectis habere Episcopalem Jurisdictionem.

Et subiungit.

Hic est Textus, qui ad hoc consuevit quotidie allegari, & non reperitur alibi; quem omnes extollunt.

Et hanc sententiam sequuntur DD. tam antiqui, quam moderni, nempe *Cardinalis in Clement. Ne Romani, §. Irutum num. 4. in fin. de elect. Abbas in c. Dilectus de Cappellis Monach. Romanus in sermone habito in Concilio Basilien. registr. in fine suorum consiliorum num. 19. Iacobat. de Concilio lib. 2. art. 12. num. 11. Falcon. de Reservat. quest. 2. princip. n. 10. Villadiego de origine Cardinal. numer. 7. Manfred. de Cardinal. decis. 106. Paris. de Resignat. lib. 2. quest. 12. num. 10. Alban. de Cardin. quest. 46. Mandos. ad Reg. 7. Cancellaria quest. 2. Grillenzon. consil. 63. nu. 1. Grmon. de Indult. Cardinal. §. Tam ratione num. 10. Leo in Theaur. fori Eccles. part. 2. cap. 1. num. 17. Azor. Instit. moral. tomo 2. lib. 4. cap. 3. quest. 3. Squillanti. de privileg. Cleric. cap. 2. num. 2. Rubens in Aphorismis Episcop. ver. Cardinalis, Tuscus littera Conclus. 100. num. 49. subiungit.*

Imò Cardinales etiam non Episcopi in Ecclesiis sui Tituli utuntur pleno Jure Episcopali; *Alverius de Censuris disp. 17. lib. 5. cap. 1. vers. Archiepiscopos, Episcopos, Lorber. de re benefic. lib. 1. qu. 8. n. 50. & lib. 2. quest. 2. num. 7. & eod. lib. quest. 35. num. 11. Barbof. in tract. Iuris univ. Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 33. idem Barbof. in cap. His qua de Majorit. & obedien. Moneta de Commut. ultim. volunt. cap. 5. num. 340. Diana part. 5. tract. 2. resolut. 12. Pilava dec. 5. num. 9. lib. 1. Didacus Frances in Pastoral. interno tract. 3. qu. 2. num. 11. Gabriel à S. Vincentio de Censur. disp. 9. quest. 7. num. 117. Scipio Redina in promptuar. Iuris tom. 1. tit. 1. num. 5. ubi latè Petr Andr. Gamma in d. Extravag. In II. num. 126. vers. Tum quia, Franc. Marcus dec. 1286. nu. 4. tom. 2. inferens ex hoc quod debent postulari secundum Abbatem in cap. fin. de Postul. Prælatorum, Victorell. in vita S. Higinii de origine S. Romana Ecclesie Cardinalium, vers. Cardinales in suis Titulis Bottiglier. de successione, ab intest. tit. de Renunciat. successione. cap. 2. numer. 2. Meroll. in Theolog. moral. disp. 1. de volunt. & Involunt. 5. diff. num. 525.*

Et quamvis nonnulli ex prædictis DD. dicant Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum habere Jurisdictionem Episcopalem, seu quasi Episcopalem, quod etiam asserit *Sixtus V. in citata Constit. 55. in princ.* Hoc tamen intelligendum est non habere ex sua natura Jurisdictionem Episcopalem, qui non sunt Episcopi; Non enim habent illi ea, quæ sunt Ordinis, ut conferre Sacramentum Confirmationis, & Ordines sacros, habent tamen ea, quæ sunt Jurisdictionis, ut benè distinguit *Moneta de Conseruat. cap. 5. n. 34.*

Hinc declaranda est opinio *Cardinalis Bellarmi dum in tom. 2. Controvers. lib. 1. cap. 16. de Clericis vers. Pari ratione, dicit, quod Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum sunt veluti Parochi Episcopo subjecti, & nihil possunt, nisi quantum eis Episcopus permiserit, cujus opinionem sequuntur Gironda de Episcopis lib. 1. disp. 2. cap. 5. num. 3. Sebastian. Cesar. de Ecclesiast. Hierarchia part. 1. disp. 2. num. 9. Zacharias Bover. 10. 2. demonstr. symbolorum veræ, & falsæ Religio-*

nis art. 4. sexto symbolo de Cardinalium successione, Vasquez in 3. par. disp. 242. q. 5.

Ut scilicet intelligatur de antiquo statu, & jurisdictione ante tempora Bonifacii VIII. & sententiam Honorii III. in d. cap. His qua de Majorit. & Obedien. Aliàs si eorum opinio ad nostra tempora amandaretur, esset non solum contra Juris communis dispositionem, sed etiam contra Constitutiones Summorum Pontificum Pauli IV. & Sixti V. & Diplomata eorumdem Titulorum; Nam de jure communi Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum possunt exercere ea, quæ non possunt Parochi, nempe excommunicare, suspendere, infligere, & destituere, ut dicunt suprâ citati DD. & præsertim *Zabarell. in dist. cap. His qua in fin. & Felin. in princ.* Nam plebani in suis Ecclesiis non habent ita pingue jus sicut habent Cardinales in suis Titulis *Archid. in c. Nullus, 16. q. 7. n. 5. Præposit. in c. 1. 21. dist. 6. vers. Nam Plebani.*

Et opinionem hanc *Boverii, & aliorum, benè reprobatur Victorellus in addit. ad Ciacc. in Vita sancti Higinii, de origine S. R. E. Cardinalium, vers. Zacharias.*

Et hoc jus Episcopale, seu quasi, non solum habent Cardinales Presbyteri in dictis Ecclesiis suorum Titulorum, sed etiam Cardinales Diaconi in *Diaconis, Paris. de Resign. dist. lib. 2. qu. 12. num. 10. vers. sive sint Diaconi, Barbof. d. tract. juris univ. c. 4. n. 33. vers. ubi ampliatur, quod etiam statuit Sixtus V. dist. sua Constit. 55. & ex ea R. P. D. Fagnanus d. c. His qua, n. 18. & 19.*

Et hoc procedit, sive Tituli, vel Diaconia sint Clericorum secularium, sive Regularium, cum *Sixtus V. in dicta sua Constitutione pariformiter loquatur de Ecclesiis secularibus, & Regularibus, & Summi Pontifices in Diplomatum Titulorum Ecclesiarum Regularium plenariè subjiciant Cardinalibus, ut cuique legenti patet, & videbimus infra.*

Hic sic firmatis. Primò inferitur Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum posse promulgare, & ferre leges obligantes in Conscientia, *Castropalao tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 23. numer. 12. Aengna in cap. 1. dist. 2. num. 4. Alii à Diana dist. par. 5. tract. 2. resolut. 7. Baldell. tom. 1. Theolog. de Potest. Legislatorum quest. 50. sect. 9. Suarez de legib. lib. 4. cap. 5. numer. 4. Cottonius Celebr. controvers. lib. 3. de Cleric. controu. 8. cap. 3. n. 55.*

Secundò inferitur Cardinales in prædictis Ecclesiis habere jus corrigendi, Excommunicationis, 44 Suspensionis, & Interdicti sententiam ferendi, *d. c. His qua de Major. & obedien. & ibi Canonista R. P. D. Fagnanus ibid. num. 19. Et in c. Ne pro dilatione num. 42. de Pœnitent. & Remission. ubi quod habent auctoritatem cætera faciendi, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis Germon. de indult. Cardinal. §. Tam ratione n. 18. Barbof. d. c. 4. n. 38. alios adducit Diana d. p. 3. tract. 2. resolut. 12. Cottonius loc. cit. n. 55.*

Tertiò inferitur Cardinales in præfatis Ecclesiis habere jus visitandi, sicut habent Episcopi in suis *Diaecesibus, Felin. in cap. His qua, in princip. vers. & istis adde, Pavin. de Visitation. part. 2. qu. 2. num. 26. Fagnan. loc. cit. numer. 20. sunt enim dictæ Ecclesie quasi eorum parvæ Diœceses intra fines Episcopatus Romani, Moneta de Commut. ultim. volunt. c. 5. n. 32. Cotto. loc. cit. n. 55. vers. Commutare.*

Quod expressè concessum fuit, imò mandatum à Concilio Basilien. sess. 23. & repetitum in Concilio Lateranen. sub Leone X. ut apparet ex sua *Constitutione 7. in ordine in 1. tom. Bullar. novi, in qua*

qua cavetur, quod Cardinales, si presentes sint in Curia personaliter, si verò absentes per Vicarium idoneum semel saltem stagulis annis visitent Clericos, & Populos Ecclesiarum Titulo suo subjectarum, cum diligentia inquirent circa Cultum Divinum, & Bona dictarum Ecclesiarum, moresque in primis, & vitam Clericorum, & Parochianorum solerter explorent, quod refert *Fuscus de Visitat. lib. 1. cap. 2. num. 5.*

59 Visitatio autem fiet per Cardinalem adhibito ad minus uno ex Regularibus dicto Titulo infervientibus, juxta textum in cap. *Debent superioribus suis, in Extravag. inter commun. de offi. 10. Iudicis Ordinarii, & ibi Barbof. in Summar. Idem Barbof. de Canonis. & Dignitat. cap. 1. num. 17.*

60 Quartò inferitur Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum habere jus instituendi, & destituendi, cap. *Quarelam de Elect. ion. ibi A. Cardinali S. Sufanne, cui dicta Ecclesia tanquam Cappella suo Titulo in spiritualibus est subiecta canonicè fuerat instituta. Et sic docet Innocent. in cap. Dilectus num. 4. de Cappellis Monach. dicens, institutionem, & destitutionem spectare ad Cardinales in suis Titulis, Felin. d. cap. His que, in princip. Mandos. d. d. Reg. 7. quest. 3. num. 5. Germon. de Indult. Cardinal. §. Tam ratione num. 19. Barbof. d. cap. 4. n. 36. Fagnanus d. cap. His que n. 21.*

61 Ideò possunt conferre Beneficia sita in dictis Ecclesiis, Felin. d. d. cap. His que num. 1. Sarnen. Reg. de Trien. quest. 31. num. 16. Barbof. d. d. cap. 4. num. 36. & ex Panuino, Fagnanus loc. citat. num. 22. Grillenzon. conf. 63 per tot. sive sint Canonicatus, sive Præbende, sive Beneficia curam animarum habentia, sive non, Azor. Instit. moral. d. d. cap. 3. q. 2. vers. ex quo fit; Nam Sixtus IV. testibus Felin. Azor. Fagnano, & Barbofa loc. superius citatis, concessit Privilegium Cardinalibus, ut conferre possint omnia Beneficia sita in Ecclesiis, quas ratione tituli, vel Commendationis, vel Administrationis habent, non obstant. Expectativis, vel reservationibus, nisi vacent in Curia & Summus Pontifex dicta beneficia, nisi de expresso Ordinarii, vel Commendatarii consensu conferre non debeat.

62 Quæ facultas non cadit sub revocatione Indultorum Cardinalium circa collationem Beneficiorum facta à Gregorio XIV. & Paulo V. In eorum enim Decretis prædicti Pontifices declarant nihil velle innovare circa collationes Beneficiorum, quæ ad Cardinales spectant ratione Ecclesiarum Titularium, ut patet ex Decreto, sive Constituto Gregorii XIV. in 2. volumin. Bullarii novi sub numer. 19. & in Constitutione Pauli V. Bullar. nov. tom. 3. Constit. 58.

63 Advertendum tamen est, quod hujusmodi facultate possunt uti Cardinales, dummodo sint presentes in Curia, Gonzalez ad Reg. 8. Gloss. 13. nu. 20. Tondut. q. benef. par. 2. cap. 3. §. 8. n. 8.

64 An autem possint dici Cardinales presentes in Curia ad hunc effectum si moram trahant in dilrectu Urbis, non tamen ultra duas dietas; Scio in materia optionis Decanatus Sacri Collegii fuisse resolutum competere optionem Cardinali absentia ab Urbe per duas dietas, ut tempore Clementis VII. die 26. Septembris 1533. accidit in persona Cardinalis Seneca. qui cum abisset ab Urbe per duas dietas admissus fuit ad optionem Decanatus vacantis per obitum Cardinalis de Monte, non obstante contradictione Card. Tranen. qui cum esset præfens in Curia, prætendebat optionem ad se spectare.

65 Ita etiam fuit observatum sub Paulo V. in persona Cardinalis Gioiofæ, qui cum moraretur in Ab-

batia Sublacensi, optavit nihilominus Decanatum vacantem per obitum Cardinalis Pinelli, quos casus refert *Chirubinus in addit. ad Constit. Pauli IV. §. in ordine in tom. 2. Bullar.*

66 Advertendum secundò, quod licet Cardinalis Titularis habeat Juris assententiam in collatione Beneficiorum existentium in Ecclesia sui Tituli, vel Commendæ, illa tamen non sufficit, ut ei possit concedi mandatum de manutendo, si probeatur alium esse in quasi possessione conferendi eadem Beneficia, ut resolvit *Rota decis. 423 num. 3. par. 1. recent. & post eam Diana d. tract. 2. resol. 97. nu. 27.*

67 Advertet tertio. Quod facultas conferendi hujusmodi Beneficia intelligitur secundum qualitates Beneficiorum, quia si Beneficia sint liberæ Collationis, liberè poterunt conferre, si verò sint subiecta Juripatronatus, & Juri presentandi habebunt tantum institutionem, seu confirmationem, cap. *Decernimus, cap. Pia mentis 18. quest. 7. Gloss. in cap. Quamquam de elect. in 6. & in cap. Quarelam eod. tit. Grillenzon. d. conf. 63. num. 7. & 8. qui nu. 9. subjungit, quod si Patroni discordent in presentando, Cardinales sicut Episcopi provident Ecclesiis, c. Si verò, cap. In quibusdam de Iure patronatus.*

68 E contrariò poterunt Beneficiatos destituere hoc est deponere, ut ex *Mandos. Gomez. & Paris. tenet Barbof. d. cap. 4. nu. 36. vers. Et destituendi, Grillenzon. d. conf. 63. num. 2. Paris. de resignat. Benefic. lib. 7. quest. 10. num. 11. & quest. 14. num. 5. Immo in destituendo minor solemnitas requiritur, quam in constituendo, Gonzalez ad Reg. 8. Gloss. 7. num. 12. Barbof. in cap. 1. de Cappellis Mon. ch. nu. 6.*

69 Quintò inferitur ad Cardinales Titulares curam animarum Parochianorum suis Titulis subiectarum spectare: Sunt enim suæ oves, & de eis in districto Dei Iudicio rationem reddituri sunt, ut bene loquitur Concilium Basiliense. sess. 23. & asserit *Gratian. discep. 298. num. 76. Aversa quest. 16. de Mysterio Sacramenti Pœnitentiæ sect. 7. pag. 789. vers. Attamen Cardinales. Ubi quod Cardinales ratione Tituli suarum Ecclesiarum in Urbe habent curam, & regimen Animarum; suntque Superiores Parochis. Et propterea si sint Sacerdotes possunt audire Confessiones Subditorum, Aversa loc. cit.*

70 Possunt interesse Matrimonis, & aliis interessendi licentiam concedere, Azor. d. d. lib. 4. cap. 3. num. 7. Sanchez lib. 3. de Matrim. quest. 28. num. 7. Basil. Ponça eod. tract. lib. 5. cap. 10. Gutierrez eod. tract. cap. 66. numer. 9. Boss. eod. tract. cap. 4. §. 23. numer. 61.

71 Et denique omnia, quæ ad Parochum spectant, poterunt per se, vel per Vicarium exercere, *Gratian. d. discept. 298. n. 77. Cotton. loc. cit. n. 55.*

72 Sextò inferitur posse Cardinales in præfatis Ecclesiis uti insignibus Pontificalibus, & solemnem benedictionem impartiri more Episcoporum, licet Episcopi non sint, *Hostien. & Io. Andr. in cap. 1. de supplen. neglig. Prælat. Felin. in cap. Inter Monasterium num. 2. de re iudic. Moneta de conservat. c. 5. num. 34. Barbof. d. cap. 4. n. 35. Cotton. loc. citat. vers. Uti insignibus Fagnan. in d. c. ne pro Dilatione num. 42. ubi allegat Extravagantem Clementis VII. quæ incipit Sanctissimus in Christo Pater. Bostiglier. loc. cit. n. 8. vers. Immo possunt.*

73 Sed quia Doctores in hoc numero allegati loquuntur de Presbyteris Cardinalibus. Meritò dubitari potest, An hujusmodi benedicendi solemniter Privilegium competat Cardinali Diacono in sua Diaconia.

74 Et quod non competat, suaderi potest ex eo, quod

quod inter officia, quæ Diaconis assignata sunt, non connumeratur solemniter benedictio; Si enim ad Ecclesiam Apollolorum aspiciamus, munus eorum erat, oblationes colligere, etiam opes Ecclesiæ administrare, ut colligitur, ex *Alib. Apost. c. 6. ex Sermone S. Leonis Papæ de S. Laurentio*. Sequentibus vero temporibus Officium eorum fuit Sacerdoti sacrificanti assistere, ac ministrare populo, Eucharistiã distribuere, Evangelium legere, baptizare, prædicare, publicos pœnitentes reconciliare, de quibus latet *Card. Bellarmin. lib. 1. de Cleric. cap. 13. vers. sextus Ordo Diaconorum, usque ad finem Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 2. p. 7. de Diaconatu cap. 3. per tot. Fermosin. ad Rnbr. de Offic. Archid. q. 1. à n. 6.*

Hodie verò nonnulla ex iis abrogata sunt; Nam à Concilio Nicæno registr. in *c. Pervenit. distinct. 93.* Potestas distribuendi sacram Eucharistiã sublata est Diaconis.

Similiter sublato usu, & potestate à fidelibus communicandi sub utraque specie, & facultas dispensandi populo Sanguinem Christi à Diaconis sublata est. Quamvis aliquis usus ejus in Pontificio Sacello persistat; quia dum Pontifex solemniter celebrat post datam Pacem, ad Sedem suam pergit, & tunc Diaconus post sumptionem corporis, consecratum Calicem, ei propinandum porrigit.

Pariter & si Diaconi in Ecclesiæ primordiis ob Sacerdotum inopiam, & credentium copiam, solemniter sæpe baptizare solebant, nunc autem ob Sacerdotum numerum usus iste in Ecclesia Dei sublatus fuit, In tantum quod si hodie Diaconus solemniter baptizaret, Irregularitatem non effugeret. *Navar. de Cleric. ordinat. ministran. lib. 5. cons. 1. & 2. Henriquez. de Sacram. Baptismi lib. 2. c. 29. n. 1. Vgolin. de Offic. Episc. c. 15. §. 6. num. 6. & alii quos refert Marchin. loc. cit. n. 15. Quamvis ille n. 16. dicat, tunc effici irregularè si baptizet solemniter sine jussu Sacerdotis, secus si ex Sacerdotis delegatione, opinionem tamen Navarri, & aliorum tenet Fermosin. loc. cit. num. 16.*

Sublata est etiam à Diaconis potestas præssendi opibus Ecclesiæ, & Eleemosinis fidelium, eaque à fidelibus colligendi, & collectas inter pauperes distribuendi, quia cum tanto officio intumescerent adversus Presbyteros, & iniquè insolefcerent, & ob id reprehensibilis. *Cypriano lib. 3. epist. 9. à S. Hieronymo epist. 85. ad Evagrium, & à S. Bernardo lib. 4. de Consid. ad Eugenium, & prius à D. Augustino quest. 101. in lib. quest. utriusque testamenti.* Idè sublata fuit illis hæc potestas *Marchin. loc. cit. num. 26. Binnus ad vitam Anastasi 1. vers. Constituit.* Cùm ergo inter officia & munia Diaconorum non legatur potestas benedicendi solemniter, non est, cur ea Cardinalibus Diaconis concedatur.

Secundò, quia potestas benedicendi solemniter competit ratione Ordinis, ut vult *Gloss. in c. Ecce in verb. Benedicere 95. dist. Archid. in c. Denique 11. dist. & ibidem etiam Turrecremata.* Et quidem Ordinis sacerdotalis, ut notat *Isaac Habertus in Pontificali Græcor. ad part. II. Liturgia Ordinum in dissert. de Rit. benedicendi cap. 6. in fin.*

Et propterea in *cap. 28. lib. 8. Constit. Apostolic. dicitur* Diaconus non benedicit, neque benedictionem dat, accipit verò ab Episcopo, & Presbytero, quem locum interpretatur *Gregorius de Benedictione lib. 1. c. 7.*

Tertiò, quia quicquid sit de benedictione, quæ datur à Sacerdotibus in fine Missæ, quam priva-

tam appellat ex nostris *Præposit. in cap. Ecce 95. distinct. & minorem collector Apostolicarum Constitut. lib. 3. cap. 10.*

Certè quod attinet ad solemnem benedictionem, quæ datur incipiendo ab illis verbis; Sit nomen Domini benedictum, &c. solus Episcopus illam dat, non Sacerdos, neque Diaconus. *Gloss. in dist. cap. Ecce verbo Benedicere il secundo, & ibi Præposit. vers. Alia est benedictio non privata, sed solemnis, cui videtur favere Concilium Agathen. celebratum anno 506. can. 30.* Ibi benedictionem in Ecclesia super plebem fundere Presbytero penitus non licet; Solemne scilicet benedictionem interpretatur *Isaac Habertus loc. cit. pag. mihi 298.*

Et quod solis Episcopis competat jus benedicendi solemniter, non autem Sacerdotibus vel Diaconis tenet *Gloss. in cap. Abbates, verb. si Abbas de privileg. in 6. Silvester in sum. verb. Benedictio in princ. & anti Summista in dist. verb. DD. in dist. cap. Abbates. Vgolin. de offic. Episcop. cap. 32. §. 2. Barbof. eod. tract. alleg. 72. num. 63. & 66. Ferdinand. Paex in repet. cap. Missas de consecr. distinct. 1. numer. 12. 4. vers. Dicitur autem solemnis benedictio Sanchez. conf. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 17. numer. 10. Quartus de Benedict. Eccles. unil. 1. dub. 5. vers. Dico quarto.*

Quocirca si Sacerdos, & Diaconus solemniter benedicerent cum illis verbis, Sit nomen Domini benedictum, &c. Irregularitatem non effugerent, ut ex *cap. Ministrare, juncta Gloss. 26. quest. 6. notat Majol. de Irregular. lib. 4. cap. 13. num. 4.*

Quartò, quia sic usus invaluit in Urbe, ut Cardinales Diaconi, dum assistunt Missæ decantant in suis Diaconiis, non fundant solemnem benedictionem, ut testati sunt mihi Magistri Cæremoniarum.

Cæterum his non obstantibus, intrepidè sentio, Cardinales Diaconos habere potestatem solemniter benedicendi populum in suis Diaconiis, non quidem Jure proprio, sed ex Apostolico privilegio. Cùm enim Cardinales Diaconi in suis Diaconiis habeant Jura Episcopalia, vel quasi, ut latè firmavi supra num. 41. Non est dubitandum, quin stante hujusmodi privilegio possint solemniter benedicere, ut ultra allegatos tenent *Fagnan. in cap. Ne pro dilatione de Pœnitent. & Remiss. num. 42.* ubi nulla facta distinctione inter Presbyteros, & Diaconos ait, quod, cùm Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum habeant facultatem corrigendi, Censuras Ecclesiasticas fulminandi, & cætera faciendi, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis, conferunt Minores Ordines, utuntur Episcopalibus insigniis, & benedicunt solemniter, licet non habeant Consecrationem aliquam, sed nudos Ordines sacros. *Jacobat. de Concil. lib. 10. num. 204. vers. Item aliud Privilegium, dicit, quod Cardinalis etiam non sit Episcopus, potest facere solemnem benedictionem.*

Idem voluit P. Diana par. 5. tract. 2. resol. 12. Ibi possunt Pontificiis insignibus uti, & benedictionis solemnem Ritum more Episcoporum exercere; etiam si Episcopi non sint, *Azorius instit. moral. par. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 2. in fin. Ibi; & benedicendi solemnem ritum more Episcoporum Fragos. de Regim. Reip. par. 2. lib. 6. disp. 15. §. 2. num. 2. vers. Præterea; ubi dicit quod possunt solemniter benedicere instar Episcoporum, quamvis Episcopi non sint, Sebastian. Casar. de Ecclesiast. Hierarch. par. 1. disp. 2. de Cardinal. §. 5. num. 8. ubi ait, possunt etiam non Episcopi solemniter benedicere; Plures alii*

alii possent adduci ex allegatis num. 41. Sed in puncto, quod Cardinales Diaconi solemnem benedictionem largiri possint tenet S. Antonin. in summa 3. part. 2. tit. 14. cap. 16. §. 9. vers. Presbytero, & post eum Hieronymus Manfredus de Card. tit. de S. Collegio dec. 88. ubi habet hæc verba.

Cardinalis non Episcopus solemnem benedictionem largiri potest, quia Presbyter Cardinalis, vel Diaconus, etiam si nullum Sacerdotis Ordinem receperit, tamen solemnitè benedicit, ut notat Canonista in cap. licet de Elect. & in cap. in nomine Domini 23. dist. cum aliis ibi per eum allegat. & Manfredum sequitur Cotelus de notitia Cardinal. cap. 7. de Cardin. Diaconis vers. Interim nosse ne pigeat ibi, & Cardinalem Diaconum.

Ratio autem potissima est, quia qui jura Episcopalia, vel quasi Episcopalia habent, solemnem benedictionem impartiri potest, ut constat ex cap. Abbates de privileg. in 6. ubi Canonista, Rodriguez quest. regul. quest. 18. artic. 1. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. quest. 7. Tambur. de jure Abbat. tom. 2. disp. 2. quest. 7. cum aliis per Barbof. ad d. c. Abbates num. 3. & de potest. Episc. alleg. 3. num. 3.

Qui textus licet loquatur de Abbatibus, habet tamen locum in aliis Prælati etiam inferioribus habentibus jura Episcopalia ex privilegio, ut notat Gloss. in d. c. Abbates, & ibi Archidiacon. vers. eis Abbatibus, ubi dicit quod non est vis, quod textus loquatur de Abbatibus, nam idem dicendum est de his qui super hoc privilegiati sunt, sicut sunt plures inferiores, quia eadem est ratio, Anchar. ibid. num. 1. ubi dicit, quod Gloss. intelligit de Prælati. Præposit. in c. Licet 95. distinct. ubi dicit, quod licet benedictio solemnis in forma sit nomen Domini benedictum &c. non possit dari nisi ab Episcopo, si habeat ex privilegio, Pac. Jordan. tom. 1. lib. 5. tit. 16. nu. 18. & de Archipresbytero Carpi dicit Ciardin. controvers. forens. cap. 67. num. 13. & 14. Et si hoc privilegium competit inferiori Prælati ab Abbate habenti jura Episcopalia, vel quasi, multo magis competere debet Cardinali Diacono, qui major est Episcopo.

Non obstant modo in contrarium adducta.

Non primum, quod inter officia, & ministeria Diaconatus non connumeretur facultas benedicensi solemnitè. Quia cum Cardinalis Diaconus non habeat jus benedicensi ex natura, & officio ipsius Diaconatus, sed ex privilegio, mirum non est, si inter ejus ordinarij ministeria, & officia non connumeretur; quemadmodum dicimus de Sacerdote, inter cujus ministeria, & officia non connumeratur ministratio Chriftatis, quæ ad solum Episcopum jure ordinario spectat, ut statuit Concilium Florentinum sub Eugenio IV. & Tridentinum in Canone 3. de Sacramento Confirmationis, & tamen ex privilegio Summi Pontificis potest Chrifta ministrare, ut de magis communi tenent in numeri relati à Barbof. ibid. dist. Can. 3. de Sacram. Confirmat. quibus addo Basilium Pontium de confirmat. part. 4. cap. 3. per totum. Verricell. de Apostol. mission. titul. 7. quest. 129. num. 2. ubi infinitos novissimè Fermosin. qui & multos allegat, de offic. & Sacris Eccles. tom. 2. de Sacram. Confirmat. quest. 7. num. 22.

Non obstat secundum, quod scilicet facultas benedicensi solemnitè competat ratione Ordinis Episcopalis, vel Sacerdotalis; quia immò facultas ab Ordine non dependet, sed à jurisdictione, ut notat Card. de Luca de jurisd. & Foro Compet.

egregiè Præposit. in cap. Eccl. 95. dist. ubi dicit, quod talis benedictio solemnis non est Ordinis, sed Jurisdictionis Episcopalis non concederetur inferiori, & per eandem rationem idem tenet Villadiego de Legato quest. 6. num. 8. Gratian. post Abbates, & Cardinalem discept. 467. num. 66. Ciardinus dist. cap. 67. num. 13. Egnar. in cap. Ne prodilatione num. 42. de Pœnitent. & Remission. Sed quamvis esset Ordinis, ejus tamen exercitium est Jurisdictionis, ut notat Præposit. in cap. demque 21. distinct. & non est taliter annexa Ordini Episcopali, ut non possit inferiori Episcopo concedi, ut constat ex c. Abbates de privileg. in 6.

Præterea aliqua benedictio etiam solemnis in Ecclesia non denegatur Ordini Diaconali, cum benedictio Cerei Patichalis publicè Diacono concedatur, ut notat Gavani. in Rubr. Missal. part. 4. tit. 10. sect. 7. & post eum Hallier de Ordinibus Hierarchie lib. 3. sect. 2. cap. 2. art. 3. §. 3. vers. Primum, saltem de mandato Sacerdotis, & ipsoque præsentè, ut not. Andreas de Sausai. in Panoptia sacerdotali part. 2. l. 2. de munere benedicensi art. 9. in fine.

Conceditur etiam ei, quod est commune Episcopo, & Sacerdoti, ut in recitatione Horarum Canonicarum dicat verba ista: Dominus vobiscum, quæ salutationis populi, & benedictionis rationem obtinent, ut notant idem Hallier loc. cit. & ratio esse potest, quia, ut inquit Divus Thomas 3. p. quest. 82. art. 3. ad Primum. Diaconus tanquam propinquus Ordini Sacerdotali participat aliquid de ejus officio, & D. Thomam sequitur Aversa quest. 10. de Ministro Eucharistia sect. 3. vers. 4. & Card. de Lugo de Sacramento Eucharistia disput. 18. num. 7.

Ad locum Constitutionum Apostolicarum respondet Hallier cit. loc. ut debeat intelligi, quod Diaconus non benedicat propria auctoritate, sed ministerialiter accepta ab Episcopo, vel Presbytero; Nam sicuti Diaconi ab aliis consecrata ministrare possunt, ita & benedictionem Episcopi, vel Sacerdotis nunciare, & tanquam Ministri superiorum Ordinum proferte possunt, ita, Hallier loc. cit. vers. Quia vero Diaconi.

Ex his tollitur tertium objectum, quod facultas benedicensi solemnitè sit solius Ordinis Episcopalis, quia non solum privilegio, sed consuetudine etiam ab inferioribus acquiri potest, ut notat Isaach Habertus in Pontificali Eccles. Græca ad part. 11. Liturgia Ordinis, de Ritibus benedictionis, ubi habet, quod in Ecclesia Parisiensi Presbyteri etiam Parochiales solemni benedictione post Missarum celebrationem iisdem omnino verbis, quibus Episcopus triplicique consignatione populo benedicunt, ubi subdit, quod in Ecclesia Græca nullum discrimen est inter benedictionem solemnem, quam dat Episcopus, & illam, quam dat Sacerdos; Nam in Liturgia Sanctorum Basilii, & Chrysostomi, Presbyteri iisdem verbis populo benedicunt, quibus Episcopus.

Non obstant, quod sic usus in Urbe invaluerit, quia hoc eveniri potuerit, eo quia non consideratum fuerit privilegium à summis Pontificibus concessum Cardinalibus Diaconis, qui tamen usus non per hoc potest illud auferre; sicuti videmus quod Cardinalibus Diaconis conceditur à Jure privilegium deferendi compages, hoc est sandalia, & mapulas, ut notant Canonista in c. Nonnulli §. Compages & in c. Illud 93. distinct. & præsertim Præpositus, & Turresemata; Ioannes Dartis distinct. 96. Decret.

Decret. Gratiani pag. mihi 170. 2. colum. vers. Excipiuntur secundo Cardinalis Diaconus.

Quæ Sandalia omnino restitui debent, ut tam in ministrando Summo Pontifici, quam in funere uti possint, quia illis competunt ratione Dignitatis amplissimæ Cardinalatus. De quibus latè idem Saussay in Panoplia Episcopali lib. 7. c. 9. atq; juxta hanc opinionem post hæc scripta ita determinavit Sac. Congregatio Rituum, quod scilicet etiam Cardinalibus Diaconis competunt hujusmodi præerogativæ, illa præsertim dandi benedictionem, atque ita servatur.

Septimo infertur posse Cardinales in dictis Ecclesiis, suis Subditis, & familiaribus primam Tonsuram, & minores Ordines conferre, *Hostien. & Io. Andr. in d. c. 1. de supplen. neglig. Prælat. Idem Io. Andr. in c. Cum contingat de Aiat. & Qualit. & in d. cap. Ne pro dilatione num. 42. Maia observat. 12. num. 40. post Maya de irregular lib. 4. cap. 20. num. 3. Lezana in summa verb. Cardinalis num. 5. Bottiglier. loc. cit. vers. Immo Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 12. vers. Item Cardinales Laudem. de Cardinal. quest. 20. Rota decis. 751. nu. decimo part. 1. de vers. multos alios refert, Barbosa dicto Capitulo quarto. numer. 40. ubi reprobat Azorius & Germon. de hujusmodi facultate dubitantes, Fagnan. d. cap. His que num. 25. & in cap. Cum contingat de Aiat. & Qualit. Monet. de Conservat. d. cap. 5. n. 35. Dummodo tamen sint Sacerdotes, aliàs secus per ea, quæ not. in cap. Quomam 69. distinct. Fagnan. d. c. His que num. 35. in fin.*

Et quamvis Sanchez tom. 3. consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 21. dicat Concilium Tridentinum cap. 10. sess. 23. de reform. sustulisse hujusmodi Privilegium Cardinalibus quia illud habent ex consuetudine, ut ait idem Sanchez. *ibid. n. 4. Marchin. de Sacram. par. 2. de legitimo Ordin. Ministro c. 10. n. 1. Consuetudinem verò etiam inmemorabilem fuisse super hoc à Concilio sublatam.*

Ejus tamen opinio non est amplectenda, quia nec Concilium d. cap. 10. loquitur de Cardinalibus, sed de Abbatibus; & quatenus comprehenderet Cardinales præservat facultatem conferendi primam tonsuram, & Ordines minores suis subditis. Hinc est quod DD. qui post Concilium scripserunt, quos longa serie enumerat Diana d. part. 5. tract. 2. resolut. 5. vers. Notandum est, de hujusmodi Privilegio mentionem faciunt, de revocatione verò nullum verbum; Et in puncto hoc privilegium Cardinalibus Titularibus non esse revocatum à Concilio, tenet Bonacin. de suspens. in particulari disp. 3. qu. 1. punct. 11. num. 4. in fin. novissimè Fermosin. ad Rubr. & Tit. de Tempor. Ordin. quest. 5. num. 19. & 20. ubi plures allegat. *Lezana loc. cit. num. 4. ubi dicit contraria consuetudine hoc esse introductum, quæ dat potestatem, vel arguit illam haberet à Papa. Bottiglier. loc. cit. qui plures Doctores allegat, & dicit, in Cardinalibus Presbyteris contrarium procedere.*

Rursus quætionem hanc, an scilicet Cardinalis in Ecclesia sui Tituli possit conferre primam Tonsuram, & Ordines minores suis Subditis, examinat Diana in p. 8. tract. 1. resolut. 33. adversus Adrian. in 4. de Sacramenti. confirmat. ar. 3 §. 2. princ. & concludit ad favorem Cardinalium, quem sequitur Fermosin loc. cit. quest. 4. num. 5. ubi & respondet ad contraria.

Octavo infertur, posse Cardinales cum suorum Titulorum Subditis dispensare in omnibus casibus, in quibus possunt Episcopi dispensare de jure, ut

vult Didacus Antonius Frances in Pastoralis interno tract. 3. q. 2. n. 11. vers. At supradicta resolutio.

Et licet Sanchez in Summa lib. 4. cap. 38. nu. 2. & ante eum Suarez. de Relig. tom. 2. lib. 6. c. 10. num. 10. dicant Cardinales in suis Titulis non posse dispensare in voto, eorum tamen opinio minimè vera est, quia illis in locis negant, vel saltem dubitant de jurisdictione Episcopali, seu quasi Cardinalium in dictis Titulis, quam tamen alibi fatentur; nempe Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 28. num. 7. & Suarez de Legibus lib. 4. c. 5. num. 4. Vel intelligenda est, ut non possint dispensare in his, quæ conceduntur Episcopo contemplatione propriæ Diocæsis, secus tamen in his, quæ possunt Episcopi in vim Jurisdictionis Episcopalis, ut bene distinguit Monet de Commut. dict. cap. 5. nu. 452. & 453. & post eum Diana d. tract. 2. resolut. 58. Didacus Frances loc. cit. num. 13. & posse relaxare juramenta dicit Morell. disput. 1. de Volunt. & Involunt. 5. difficult. num. 526. vers. Quarto infertur, licet Billott. de Abolut. à Juramento lib. 1. cap. 7. asserat, quod ex communi observantia in Romana Curia non dispensant, quia à Præsentia majoris Prælati, nempe Summi Pontificis, & majoris Pœnitentiarii impediuntur; Sed hæc ratio nihil valet, quia de honestate Cardinalis cessant à dispensatione, & relaxatione Juramenti, non autem ex necessitate.

Hinc deducitur non posse Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum uti facultate concessa Episcopis à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. de reform. dispensandi in irregularitatibus occultis, præterquam homicidii voluntarii. Licet enim Henriquez in Summa lib. 6. cap. 26. §. 1. & alii plures, quos citat Barbosa. ad d. cap. 6. vers. Contra, teneant, illam facultatem competere etiam Prælati habentibus Jurisdictionem quasi Episcopalem; Contrarium tamen putant verius, *Arag. 2. 2. quest. 88. art. 21. & alii citant ab eodem Barbosa. adducto loco num. 7. & ita fuisse decisum à Sacra Congregatione Concilii refert Garcias de benef. part. 7. cap. 11. num. 13. & 17. & eam declarationem refert Armendariz ad leges Navarr. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Irregul. num. 10. Fagnan. in d. cap. His que num. 16. ubi ait, quod Gregorius Decimus Tertius dixit, se nolle, ut ea quæ concessa sunt Episcopis à Concilio Tridentino, competant Cardinalibus in suis Titulis, & latius in dict. cap. Ne pro dilatione num. 42. ubi refert, sic declaratum fuisse à Sacra Congregatione Concilii, quam declarationem Gregorius XIII. approbavit, & in cap. Dilectus num. 27. de tempor. Ordin. ubi quod in reliquis salva manet jurisdictione Cardinalium in suis Titulis.*

Et ratio esse potest, quia cum hæc facultas sit jure speciali, & exorbitante à communi concessa Episcopis, intelligi debet de veris Episcopis, & non de aliis, qui non sunt Episcopi; Fagnan in dict. cap. His que num. 16. & in dict. c. Ne pro dilatione num. 42. & in terminis, Cardinales non posse uti hac facultate in suis Titulis, tenet Didacus Frances in Pastoralis interno loc. cit. n. 13. Tolet. in Summa lib. 1. cap. 89. num. 5. Baldell. de fide, & infidelit. lib. 1. disp. 48. n. 24. Monet de commut. d. c. 5. n. 453. quamvis dicat contrariam opinionem in favorem Cardinalium defendi posse, quod etiam tenet Diana d. tract. 2. resolut. 59. vers. Verum liceat mihi. Quæ opinio non est certè improbabilis, cum hæc facultas concessa sit Episcopis contemplatione Diocæsis, ut volunt Sanchez, & Henriquez ab eodem Diana citati. At ut supra diximus Ecclesiæ Cardinalium Romæ sunt veluti eorum Diocæses, ergo non videtur deneganda Cardinalibus in suis Titulis hujusmodi facultas. Nonò

77 Non dicitur posse Cardinales in Ecclesiis prædictis Indulgentias centum dierum concedere, cum id habeant à consuetudine etiam quod non sint Episcopi. *Navarr. de Jubileo not. 21. Dunaliius de Indulgent. part. 2. quest. univ. artic. 9. Cotton. d. controuv. 8. c. 3. n. 55. Lavor. de Indulgent. par. 2. c. 11. n. 15.*

78 Decimò infertur, seclusa Summi Pontificis prohibitione, seu reservatione posse Cardinales in prædictis Ecclesiis ultimas commutare voluntates *Monet. d. c. 5. num. 440. Diana d. tract. 2. resolut. 57. Cotton. loc. cit. & derogare fideicommissis ad eam Ecclesiam spectantibus. Monet. d. tract. cap. 9. conclus. 22. n. 634. Diana loc. cit. resolut. 61. Cotton. loc. cit. n. 65. vers. Derogare. Lezana in summo 3. verb. Cardinalis num. 8. in fin.*

79 Multo magis posse disporre de Legatis relictis Ecclesiæ sui Tituli, quia tam vigore Bullæ Sixti V. quam Diplomatum Titularium concessa est illis cura, & regimen bonorum tam spiritualium, quam temporalium dicti Tituli, quorum appellatio-
80 neveniunt prædicta Legata. *Pasqualig. in Selectis question. moral. juridicis quest. 127. num. 10. qui tamen malè distinguit inter Titulos antiquos, & noviter erectos à Sixto V. Nam in antiquis dicitur curam & administrationem Legatorum spectare ad Titularem, in novis verò, ad eos, ad quos ante erectionem, cura, & administratio dictorum Legatorum spectabat, ex quo erectio novorum Titulorum facta fuit cum clausula sine præjudicio; Quia non benè advertit, Vir aliqui doctus, clausulam illam intelligi de præjudicio non expresso. *Oldrad. conf. 330. Paris. conf. 70. num. 12. lib. 1. Rot. dec. 192. part. 1. recent. & melius ad propofitum dec. 720. nu. 6. p. 3. recent. Idèd cum cura, & regimen rerum spiritualium, & temporalium Titulorum noviter erectorum fuerit demandata Cardinalibus Titularibus, illa clausula sine præjudicio, non præservat hoc præjudicium expressum; Non enim cura, & regimen dictarum rerum potest esse penes Cardinales, si remanere debet penes alium; Debet ergò verificari in casu non expresso, verbi gratia, si in dicta Ecclesia essent Capellæ de jure patronatus, quarum patronis non censetur factum præjudicium, ut benè *Grillez. d. conf. 63. per tot.***

81 Undecimò infertur, Cardinales à subditis suorum Titulorum posse exigere charitativum subsidium. *Remig. Gondis de charit. subsid. qu. 21. Diana, qui alios refert d. tract. 2. resol. 55. Cotton. loc. cit. Lezana loc. cit. Ventriglia in prac. lib. 2. annotat. 2. §. 1. nu. 20. Cassaneus loc. cit. pag. 135. vers. Item etiam dicit quod Cardinales.*

82 Duodecimò infertur, posse Cardinalem Titularem Ecclesiæ Collegiatæ saltem unum Canonicum ad sui servitium, sive obsequium tenere ut puta pro Capellano, Secretario &c. ut consiluit *Navarr. conf. 2. de Cleric. non resident. per totum, quem sequitur *Loiber de re benef. lib. 3. quest. 27. num. 184. qui extendit etiam ad duos Canonicos; Qui Canonicus lucrabitur fructus suæ præbendæ, non autem distributiones quotidianas, ut consiluit idem *Navarr. d. conf. 2.***

83 Hæc omnia cum possint Cardinales exercere per se ipsos, poterunt etiam exercere per eorum Vicarios; Nam certum est posse in eorum Titulis Vicarium deputare, ut colligitur ex d. *constitut. Leonis X. in ordine 7. in 1. tom. Bullar. novi, quod dixit *Abbas in d. c. His qua n. 1. Bursat. conf. 107. n. 7. vol. 1. Fuscus de Visitat. c. 2. n. 5. lib. 1. Schrozz. de offic. Vicar. l. 1. §. 2. n. 23. Barbof. d. c. 4. n. 39. Novissimè Carolus Pellegrius in praxi Vicariorum par. 1. sect. 1. subsect. 1. n. 8. vers. 4. loco.**

Card. de Luc. de jurisd. & foro comp.

An autem in Titulis Regularium possint deputare in Vicarium unum ex prædictis Regularibus, videbitur infra.

Et cum jurisdictione, quam habent Cardinales in prædictis Ecclesiis suorum Titulorum sit Ordinaria, ut notat *Innoc. in c. Dilectus, in verb. de jure communi de Cappellis Menoch. Zabarell. in Clementin. Ne Romani, §. Irritum quest. 3. de elect. Felin. d. c. His qua, in princ. Rota decif. 28. num. 20. part. 6. recentior. *Fragos. de Regim. Reip. tom. 1. quest. 5. disp. 13. num. 67. Et in jure fundata latè est interpretanda, ad tradita per *Cassador. dec. 8. num. 6. de præbend. Caputaq. dec. 88. nu. 6. par. 2. in terminis *Moneta d. c. 5. n. 442. Et propterea non expirare Sede vacante dixit Cardinalis in *Clement. Ne Romani §. Irritum quest. 3. de Elect. Fagnan. in c. cum olim nu. 68. de majorit. & Obedien. qui subjungit num. 84. Quam tamen (jurisdictionem) non per se ipsos, dum manet in conclavi, sed per suos Vicarios, & Ministros exercere possunt,*****

Non obstat, quod si hæc omnia de jure procedant; contrarium tamen de consuetudine servari. Huic enim motivo plures adaptantur responiones. 89

Et primò. Cum Jurisdictio Cardinalis Titularis sit Jurisdictio Episcopalis, nulla consuetudo introduci potest, quæ præster impedimentum exercitio prædictæ jurisdictionis, c. *Irrefragabili de offic. Ordinaris, cap. cum ex officio de prescript. Caputaq. decif. 306. part. 1. num. 5. & 6. Posthinc de manuent. obs. 44. num. 36.*

80 Secundò, quod cum asserta consuetudo sit contra utilitatem Ecclesiæ valere non debet, c. *1. de consuetud. & ibi Gloss. & Abbas, Rota decif. 265. num. 14. part. 1. recent. tom. 1.*

81 Imò contra nervum Ecclesiasticæ disciplinæ tanquam irrationabilis est rejicienda, ut potè à Jure improbata *Rota d. c. decif. 265. num. 23. Et præsertim cum Jurisdictio Cardinalis Titularis pendeat ferè ab Auctoritate visitandi Ecclesiam sui Tituli, & cum jus visitandi sit publicum Auctoritate, & utilitate, nunquam præscribi potest c. *Cum ex officio de script. Fagnan. in cap. Venerabili numer. 23. de Consib. Nec consuetudo in hoc est toleranda c. *Nos consuetudinem 12. distinct. Innoc. d. c. Venerabili n. 6. Fagnan. ibid. num. 23. in fin.***

82 Tertiò, cum plures ex actibus Jurisdictionalibus supra narratis sint facultativi adversus eos consuetudo aliqua introduci non potest. *Verall. decif. 306. num. 7. part. 1. Rotacorum Penia decif. 734. num. 6.*

83 Quartò, negatur adesse hujusmodi consuetudinem, quia in dies Cardinales in eorum Titulis exercent actus jurisdictionales; Nam & conferunt Beneficia vacantia, & solemnem benedictionem impertiuntur, ut notum est; Certum est autem exercitium unius actus jurisdictionalis conservare jurisdictionem in omnibus aliis actibus. *DD. in d. c. Dilectus de Cappell. Monach. & præsertim Innocen. num. 3. Jo. Andr. num. 8. Butr. num. 15. Boich. nu. 11. Felin. in c. Auditis nu. 19. in 3. declarat. de prescript. Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 158. & pluries resolvit Rota, ut in decisionib. allegat. à *Barbof. d. c. Dilectus num. 6. rursus decif. 24. num. 35. part. 10. recent. ubi dicitur, quod pro conversatione universalis jurisdictionis sufficit Episcopo, etiam minimum illius actum exercuisse, & ibi plures alix allegantur decisiones. Ad retinendum enim usum Privilegii sufficit illius usus, respectu alicujus rei, vel actu *Seraphin. decif. 1043. num. 4. Ad den. ad decif. 557. Gregorii XV. num. 9. Penia decif. 734. num. 12. & 13. & prius decif. 11. num. 8.***

Hinc propterea cautè legendus est Mandosius in
 94 *Reg. 7. Cancell. qu. 2. nu. 7.* qui cum ex Speculatore
 & Alvarotto dixisset Cardinales ratione suorum
 Titulorum posse audire causas concernentes
 suam Ecclesiam Titularem, & Ecclesias suo Ti-
 tulo subjectas, quod etiam voluit *Mansfred. de*
Cardinal. cap. 9. vers. Habent enim, ubi quod Car-
 dinales in suis Titulis habent absolutam iurisdic-
 tionem potestatem Civiliam contractuum, actionum, at-
 que obligationum, iurium, possessionum suorum Ti-
 tularum, & ceterorum, quæ ab huiusmodi Ecclesiis
 pendent, sequuntur *Paris. de resignat. dicto lib. 7. qu.*
2. n. 11. Barbof. dicto c. 4. n. 37. d. cap. His qua n. 7.

Subjungit, quod talis iurisdictione non est usu re-
 cepta, vel tempore succedente eveniat, quia si con-
 servata fuit per exercitium aliorum iurisdictiona-
 lium, evanescere non potuit saltem de iure. Imò
 modernis temporibus hanc Cardinalium Jurisdi-
 ctionem agnovisse Summum Sanctæ mem. Pontifi-
 cem Urbanum VIII. ex eo apparet, Cum in sua Con-
 stitutione moderatoria facultatum Sanctæ Roma-
 næ Ecclesiæ Cardinalium Archiepiscoporum, ac
 Protectorum, & Titularium Ecclesiarum, ac loco-
 rum Piorum Urbis, quæ Constitutio, ut in appendi-
 ce novissima ad Bullarium Romanum Viterbii im-
 pressum Anno 1659. est in ordine 158. limitando
 facultates Cardinalium Archiepiscoporum San-
 cti Joannis in Laterano, Sancti Petri, & Sanctæ Ma-
 riæ Majoris, ac Cardinalium Protectorum Mona-
 steriorum, ac aliorum Locorum Piorum, easdem li-
 mitationes voluit servari à Cardinalibus Titulari-
 bus, ex quo datur intelligi, non obstante præten-
 sa consuetudine, summum Pontificem agnovisse et-
 iam his temporibus, Cardinales habere Jurisdic-
 tionem in causis Ecclesiarum suorum Titulorum, &
 illis subditorum.

Sed quatenus adesset consuetudo illa, sublata fuit
 non solum per Constitutionem Sixti V. sed in spe-
 cie per diplomata collationis Titulorum, in quibus
 habentur hæc verba.

Ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare, pro-
 ut alii Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore
 96 præstuerunt, regere, & gubernare potuerunt, sive
 etiam debuerunt. Ex quibus verbis clarè patet Sum-
 mos Pontifices voluisse tollere ea omnia, quæ ex ne-
 gligentia Antecessorum emanare potuerunt: *Rota*
decis. 240. num. 4. part. 4. diversor. & decis. 332.
num. 26. part. 10. recentior. ubi quod per novam
 concessionem omnia præcedentia reviviscunt, &
 in pristinum statum reducuntur, à quibusvis antea-
 ctis præjudiciis vindicata. Cui Constitutioni, & Di-
 97 plomatibus annexum est Decretum irritans, quod
 tollit omnem præscriptionem, & consuetudinem, &
 omnem usum, vel contrarium usum. *Gabriel de*
clausul. conclus. 3. num. 40. Gonzalez ad Reg. 8. glos.
67. num. 50. cum aliis per Barbof. claus. 40. num. 30. &
35. Rota in pluribus decis. relat. in dec. 20. n. 24. par. 9.
& decis. 337. n. 22. part. 10. rec. & alibi sæpè.

Nullum ergo fundamentum fieri potest in asserta
 consuetudine; Sed dicendum est omnia privilegia
 Cardinalium in Ecclesiis suorum Titulorum incon-
 cussa, & illibata manere, quibus si ipsi non utantur,
 cum fere omnia tendant ad Divinum cultum repa-
 randum, & augendum, & in utilitatem Ecclesia-
 rum sint concessa, vereor ne strictam de omnis
 rationem Deo omnipotenti reddere teneantur.

Firmata sic Jurisdictione Eminentissimorum DD.
 Cardinalium suorum Titulorum, videndum est,
 quam Jurisdictionem habeant in Monachos, & alios
 Regulares degentes in Monasteriis dictis Titulis.

annexis, & inservientes eidem Ecclesiis Titularibus,

Mandosius in *Reg. 7. Cancellar. q. 2. n. 10. in fin.* di-
 cit, advertendum esse, quod cum aliqui ex Titulis
 Cardinalium sint Monasteria, satis dubitabile vide-
 tur, decidere, quam potestatem in his Titulis, Mo-
 98 nasteriis, & Monachis habeant, & ut ipse dicebat
 Titularem S. Eusebii Ordinis Cœlestinorum, quo-
 rum ille erat Advocatus. non habere Jurisdictionem
 super Monachos S. Eusebii, & Religionis huiusmodi,
 alias essent plura capita, videlicet P. Abbas Genera-
 lis, & Cardinalis Titularis, quorum uterque in soli-
 dum, & principaliter haberet Jurisdictionem, quod
 non est dicendum, Mandosii doctrinam referunt
*Azor. d. c. 3. qu. 3. vers. quæret aliquis Moneta de com-
 mune. ultim. volum. d. c. 5. n. 443. Diana d. tract. 2. re-
 solut. 60. Novissimè eam sequitur Coton. contro-
 celebr. lib. 3. de Cleric. contro. 8. cap. 3. num. 56.*
Lezana in summa tom. 3. verbo Cardinalis num. 12.
 qui ait, non videre, quod in Eccl. Titularibus, qua-
 les sunt SS. Silvestri, & Martini in montibus, S. Chri-
 stogoni, & S. Mariæ Transpontinæ Cardin. exercent
 aliquod jus, quod idem credit de aliis Monasteriis.

Augetur difficultas ex c. *Dilectus de Cappellis Mo-
 nach. ibi.* Cum autem Monasterium Monialium fue-
 99 rit, & generaliter in Urbe servetur, ut nullum Mo-
 nasterium sit Titulo subjectum.

Ex quo textu infert *Ricolius Incubrat. utriusque
 juris ro. 2. lib. 1. tit. 33. pag. 76.* quod Cardinalis Titu-
 laris non habet auctoritatem super Regulares, licet
 habeant domicilium in Ecclesia sui Tituli.

Sed si hæc res metienda sit à jure communi, non
 incongruè dici potest, quod Monachi, & Regula-
 res, qui morantur, & deservunt Ecclesiis Titulari-
 bus Cardinalium, instar se habeant Canonicorum
 Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatae, ut tradunt DD.
 100 in c. *causam il primo de iudicis.* & ibi *Hofien. n. 1. Jo.*
Andr. n. 3. Abbas Antiquus n. 2. Bellam. n. 1. Butr. n. 4.
& 2. Decius num. 38. Panormitan. n. 8. Gratian. discept.
270. n. 19. Saravia de adjunctis q. 12. nu. 18. Michael
Frances de Eccles. Cathedralibus c. 31. n. 17.

Omnem Jurisdictionem Cardinalis Titularis ha-
 bebunt in eos, exceptis iis, quæ Regularem observan-
 tiam concernunt, c. *Ne Sede vacante. Gloss. in cap. 132*
Nullus. verb. Regularis. vers. ut Episcopus etiam (secularis
de elect. in 6. & ibi Anchar. n. 3. vers. sed adverte,
10. Andr. n. 3. in gloss. ult. Geminian. n. 7. vers. in gloss.
fin. & ita resolvit Rota in Montisregalis Jurisdictione
coram bon. mem. Coccino, quæ est decis. 157. in eius im-
pres. & decis. 69. par. 1. recent. Barbof. de Canoniciis &
Dignitatibus c. 1. n. 12.

Quæ Jurisdictio competit Cardinali privativè
 quoad Superiorem Religionis, & non cumulativè
 101 *Abbas in d. c. causam de iudic. n. 10. Francus in d. cap. 101*
Nullus n. 3. de elect. in 6. Michael Frances d. c. 31. nu. 56.
Letter. de re benef. l. 1. q. 18. num. 11. & pluries resolvit
Rotam, dicit Gratian. d. c. 170. n. 11. præsertim in Mon-
tis Regalis Jurisdictionis, quæ est decis. 131. part. 1. rec.
Valenzuel. cons. 43. n. 5. & 12. volum. 1. Barbof. loc. cit.
n. 27. vers. unde provenit.

Neque obstat auctoritas Mandosii *Reg. 7. q. 2.*
 in fin. quia eius auctoritas non est tanti faciendæ, 104
 quanti eam æstimant scribentes in contrarium in
 suis allegationibus: Nam Rota *dec. 43. n. 9. par. 1. rec.*
 eum vocat Doctorem, qui nimum se involvit, nec
 considerat ea, quæ faciunt ad rem, sicuti in casu no-
 stro non consideravit; Voluit enim nimum in-
 dulgere Monachis Sancti Eusebii suis clientibus;
 Non enim ratio per eum adducta subsistit, cum non
 sit monstrum, quod in una Ecclesia duo sint
 capita diversis tamen respectibus, ut con-
 sude.

sideravit *Rota in dictis decisionibus Montis Regalis Iurisdictionis 69. & 121. par. 1. recent.* & ex textu in *l. fin. ff. de iurisd. omnium iudic. voluit Saravia de adjunct. qu. 12. num. 29.* & propterea illius opinio declaranda est, ut Cardinalis Titularis nullam habeat iurisdictionem in Monachos in iis, quæ respiciunt Regularem observantiam, secus tamen in aliis concernentibus servitium Ecclesiæ Titularis, ut voluit *Azor. d. lib. 4. cap. 3. vers. quæret aliquis in fine, & Mandosum reprobatur Cobell. in notitia Cardinalatus cap. 6. privi. 4. litera A. vers. verum pace tanti viri.*

Neque obstat *Textus in cap. Dilectus de Cappellis Monach.* Quia huic textui plures applicantur responiones.

Primò, ut non habeat locum in Cardin. Titulari, sicut non habet locum in Episcopo, ut notat *gloss. in d. cap. Dilectus in verbo Titulus* sed tantummodò procedit in Titulo simplicis Plebani.

Secundò, responderetur Textum loqui de Monasteriis Monialium, ut aperte habetur ibi.

Cùm enim Monasterium Monialium fuerit, in quo jus instituendi non pertinet ad simplicem Plebanum, ut notat ibi *Anchar. n. 24. vers. vel dic. Anan. num. 13. vers. est speciale. Abbas n. 12. vers. nec obstat;* sed melius omnium *Burrius n. 2.*

Neque obstat, verbum *nullum*, quod est universale, & aptum comprehendere omne Monasterium tam virorum, quam Mulierum, quia huiusmodi dictio non est semper universalis negativa,

ut patet ex *Textu iuncta Gloss. in cap. 1. de Capit. Conrad. & in c. Abbas, ibi, nulla Ecclesia subiciantur 18. quest. 2. & tradunt Abbas, in c. final. num. 35. de præscript. Cened. singul. 76. num. 2. relat. per Barbof. dist. 229. num. 5.* sufficientem enim, quod illa dictio possit verificari in aliquo, ut sentit *Abbas loc. cit.*

Tertiò responderetur illum Textum debere intelligi circa ea, quæ concernunt regularem observantiam, *argum. Texti in c. Nullam 18. quest. 2. ubi*

etsi Summus Pontifex omnimodam iurisdictionem tribuat Abbati, non egreditur tamen ea, quæ respiciunt Regularem observantiam, ut tenet *Vatenzuela cons. 43. à num. 17. usque ad 30. Rota decis. 15. num. 11. par. 1. recent.* Ulterius non obstat, quod ea, quæ dicta sunt de Regularibus inservientibus Ecclesiæ seculari, non procedant nisi quandò Ecclesiæ sunt Cathedralis, vel Collegiata; Nam limitatio à nullo Auctore legitur probata; Etenim ratio, quare subsunt Monachi Episcopo in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata est, quia Episcopus in dictis Ecclesiis est loco Abbatis, ut in illa *Montis Regalis iurisdictionis decis. 157. num. 1. coram Coecino;* Quæ ratio militat in Cardinali Titulari, quia in Ecclesia sui Tituli est loco superioris Religiosorum ei inservientium.

Non enim est differentia inter Episcopum, & Cardinalem Titularem, sed sufficit, quod Religiosi sint Cardinali pleno iure subiecti, ut uocat *Gloss. in cap. Volentes. verb. Nisi illi Monachi de Privileg. in 6. Campani. diversor. iuris. rubr. 12. c. 13. n. 116.*

Non enim Cathedralitas, vel Collegium faciunt, ut Monachi, qui inserviunt tanquam Canonici in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis, distinguantur ab aliis qui inserviunt Ecclesiis inferioribus. Ordinario subiectis, *Trull. de Canon. Regular. lib. 5. cap. 2. relat. à Rodriguez. q. Regular. tom. 1. qu. 1. arti. 3. vers. Magnum autem.*

Sed idem in omnibus Ecclesiis servari debet, cùm in materia iurisdictionis Episcopi, nulla detur differentia inter Canonicos Ecclesiarum Cathedralium, *Card. de Luca de iurisd. & Foro Compet.*

& Collegiarum, & Religiosos inservientes aliis Ecclesiis ut patet ex *text. inc. Sanè de Regular. Et ita notantur in terminis Saravia de Adjunct. qu. 12. nu. 19. Frances. de Eccles. Cathedral. c. 31. n. 52.* Et hæc secundum dispositionem Juris communis; sed quia in casu, de quo agitur, res definienda est juxta Constitutiones Apostolicas, indubitanter tenendum est, Cardinalem Titularem omnimodam iurisdictionem habere in Monachos, sive Regulares, qui inserviunt Ecclesiis suorum Titulorum.

Nam omisso Privilegio Joannis Octavi, de quo meminit Baronius ad *Annum 882.* quod etiam refert *Choeil. in not. Cardinalatus cap. 6. Privileg. 14.*

Clara sunt verba Constitutionis Sixti V. de qua supra; Nam postquam ille Summus Pontifex erexit, & præfixit Ecclesias Titulares Cardinalium, nulla, ut dictum est, facta distinctione inter Ecclesias Sæculares, & Regulares in §. sic igitur, ait.

Sic igitur ipsi Cardinales, quibus huiusmodi Ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus, & temporalibus sollicitè, fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac juxta Constitutionem piæ memoriæ Leonis Papæ X. Prædecessoris Nostri in Concilio Lateranensi novissimè celebrato editam, frequenter visitent, circa cultum Divinum invigilent, mores, & vitam Cleri, & Populi ei subiecti diligenter explorent, eosque ad rectè, & honestè vivendum paternò moneant affectu, honorum, ac temporalium reddituum curam gerant.

Et non est dubiù, quin appellatione Cleri veniant etiam Regulares. *Cleros 21. distin. c. duo sunt generat. 12. quest. 1. Paul. de Eleazar. in Clement. 1. de elect. Abbas in cap. de juramen. calumnia in uli. notab. Joan. Baptist. Caccialupus inter concil. Zabarrell. cons. 4. num. 20. Mar. Anton. lib. 1. resol. fin. cas. 50. vers. 1. Tambur. de iure Abb. disput. 25. quest. 1. n. 225. & 226.*

Sed clarissima sunt verba inserta in Diplomati- bus Titulorum, in quibus habetur,

Tibi pro tuo Cardinalatus Titulo concedimus, & assignamus &c. Teque illi in Presbyterum Cardinalem præficimus, curam, & regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ Tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo; Ita quod liceat Tibi, regiminis, & administrationis ejusdem Ecclesiæ, ac membrorum, jurum, portientiarum huiusmodi possessionem, sive quasi, per Te, vel per alium sive alios propria auctoritate liberè apprehendere, & de illorum fructibus, redditibus, & proventibus, & emolumentis universis disponere, & ordinare, ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare, prout alii Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore præfuerunt de illis disponere, & ordinare, ac eandem Ecclesiam regere & gubernare potuerunt, seu etiam debuerunt. Quocirca circumspeditioni Tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus curam & administrationem prædictas sic exercere studeas, sollicitè, fideliter, & prudenter, quod dicta Ecclesia Gubernatori provideo, & fructuoso Administratori gaudeat se commissam, Tuque valeas exinde apud Nos non immeritò commendari.

Ac Superiori, ac Conventui dictæ Ecclesiæ, aliisque illius ratione Tibi subditis personis, ut Tibi paream, & obediant alioquin sententiam sive penam, quam rite tuleris, seu statueris in Rebelles ratam habebimus, & faciemus Auctore Domino usque ad condignam satisfactionem inviolabiliter observari.

Ex quibus verbis apparet luce meridiana clarius, Cardinales non solum in Ecclesiam Regularem

Titularem; sed etiam in Conventum, & illius Superiori, omnem auctoritatem habere, cui enim commissum est regimen, merum & mixtum Imperium tributum esse censetur, *argum. Text. in l. unica in princ. ibi.*

Regimentis Reipublicæ in Imperatorem translatis. ff. de offic. Prator. Paul. de Castro consil. 187. n. 2. vol. 2. Borell. de Magistr. lib. 1. cap. 1. n. 155. & 156.

Præsertim, quia Summus Pontifex utitur verbo Plenariè, quod omnem Jurisdictionem, & in quocumque comprehendit, *Innoc. in c. Præterea, super verb. Plenariè de offic. Delegat. Paul. de Castro dicto consil. 187. num. 1. vers. maximè.*

Et Superiorem, & Conventum subditos facit Cardinali Titulari, æquiparando eos aliis subditis; Nam dictio, *Aliis*, relata ad personas facit illas eisdem qualitatis. *Roman. consil. 485. num. 5. Barbat. consil. 33. na. 26. vol. 2. cum aliis per Barbof. diction. 26. nu. 1. & 3.*

Datq; illi expressam facultatem in Conventum, & Superiorem, si ei non pareant, tenquam in Rebelles procedendi, eosque puniendi, quæ facultas ex Jurisdictione dimanat. *DD. in Lomnes Populi. ff. de justit. & jur. & in l. 1. ff. si quis & ius dicenti non obtemperaverit, & ibi Cognol. n. 46. las. nu. 17. Decius in c. Quæ in Ecclesiis num. 12. de constit. Roland. consil. 99. n. 3. vol. 4.*

Quæ tanto magis locum habere debent cum ex ista subiectione res reducat ad terminos juris communis, secundum quod Monachi, & Regulares erant subiecti Episcopis. *cum persona de privileg. in 6. cum contingat, & ibi DD. de foro compet. c. 1. 18. q. 2. cum aliis per Rotam decis. 15. à num. 2. usque ad 7. p. 1. in recent. Tambur. de jur. Abbat. disput. 16. qu. 2. per totum.*

Et propterea huiusmodi Privilegium latè est interpretandum. *Rota decis. 400. num. 33. par. 9. recent. tom. 2. Nec possunt conqueri Monachi, vel Regulares, etiam ab eo sentiant damnum Gloss. in l. si unus, §. Pater ne peteret. ff. de pact. cap. Ab exordio 35. distinct. Rota cit. decis. 300 nu. 42.*

Sed quia supra dictum est, quod ea, quæ potest exercere Cardinalis Titularis per se ipsum, potest etiam exercere per Vicarium. Quæri potest an Cardinalis possit deputare in Vicarium unum ex Religiosis Conventus, qui deserviunt Ecclesiæ Titulari.

Et proculdubio dicendum est posse, quia Regularis non prohibetur esse Vicarius Episcopi, cum id nullo jure contradicatur. *Abbas in cap. fin. de Cleric. Agrot Cardinal. in Clemen. 2. num. 17. quest. 16. de rescript. & ibi Imola num. 25. Anchar. nu. 9. Rebuff. in Prox. benefic. titul. de Vicariis Episcoporum num. 30. Navarr. & alii relat. à Sbroz. de Vicar. Episc. lib. 1. quest. 38. num. 4. Sanchez. ad præcept. Decal. lib. 6. cap. 13. num. 8. Pellizar. de Regular. tract. 8. cap. 6. sect. 4. num. 247. Tambur. de jure Abbat. tom. 3. disp. 17. qu. 5. num. 7. cum aliis per eum allegat.*

Et quamvis nonnulli limitent in Regulari ex Ordine Mendicantium ducti ex Clementina. 1. in §. Ad Prioratus de Regul. Limitatio tamen non est admittenda, quia Clementina solum prohibet, nè Mendicantes, qui ad non Mendicantes transferunt, possit assumi ad Dignitates, Non autem loquitur de puris Mendicantibus, ut benè Sanchez loc. cit. num. 88. in fin. & Pellizar. loc. cit. Acunna in c. si quis alterius dist. 58. n. 17. ubi reprobat contrarium tenentes.

Nec isto casu erit necessarius consensus, sive licentia Superioris Religionis, quia cum Cardinalis

Titularis habeat superioritatem in Regulares, qui inserviunt Titulo, ut supra dictum est, sufficit illius deputatio, cum circa hoc non sint exempti, *Gloss. in c. cum Pastoris 2. q. 1. Dominicus in c. si Religiosus in fin. princ. de elect. in 6. & ibi Francus num. 3. Sanchez. ad Præcept. d. lib. 6. c. 13. n. 91. in fin. & n. 99. Præsertim quia Regularis iste non avocatur à Claustris, nec ei judicia forensia committuntur.*

Quæ est causa, quare Mendicantes non assumuntur ad Vicariatum, ut dicit Rebuff. loc. cit. n. 32 sed solum committuntur ea, quæ spectant ad cultum Divinum, & præficiuntur ad alia spiritualia in Ecclesia Titulari & Conventuali peragenda. *Barbof. in c. 1. de Capellis Monachorum n. 2.*

Imò debet Cardinalis Vicarium Regularem in dicta Ecclesia sui Tituli deputare, cum Ecclesia sit Regularis, cum non debeant homines diversæ professionis in eodem officio sociari. *c. In nova 16. qu. 7. nè ex dispari observantia ex eodem loco scandalum generetur. c. Deus qui de vita, & honestate Cleric. c. cum causam & c. cum in Magistrum, de elect. c. intelleximus, de arat. & qualit. Clem. 1. de elect. Calder. consil. 28. de Regular. Decius consil. 640. ubi quod habens beneficium Regularem, postquam quod possit deservire per substitutum, talis substitutus debet esse Regularis, & cum sequitur Gravet. consil. 96. n. ult. latè Rota, quæ loquitur in Sacrista decis. 238. coram Coccino.*

Successivè poterit Cardinalis Titularis deputare Parochum in dicta Ecclesia; Cum enim cura animarum penes ipsum resideat, illam per Vicarium amovibilem exercere poterit, *Oldrad. consil. 67. in princ. Gonzalez. ad Reg. 8. gloss. 6. num. 67. ubi de Episcopo Calaguritano, apud quem cum cura totius Diocesis resideat, per Clericos deputatos curam exerceri mandat. Cassad. decis. 11. de præbend. Seraph. decis. 946. in princ. Rota decis. 17. n. 1. p. 1. divers.*

Et talis Deputatus non appellatur Parochus, sed Coadjutor Episcopi in officio curæ. *cap. fin. de offic. Archidiacon. Imol. in Clemen. fin. num. 14. de privileg. Caputa; decis. 340. part. 3. cum aliis per Gonzalez. d. gloss. 6. num. 68.*

Et ratio est, quia una Ecclesia non potest habere duos sponfos. *quoriam de offic. Ordin. cap. cum non ignores de præbend. Rota in pluribus decisionibus relat. à Tonduto resolut. benef. c. 1. n. 1.*

Neque hic intrat dispositio Textus in c. sanè 16. quæst. 2. & in c. 1. de Capellis Monach. quibus statuitur, quod in Ecclesiis Curatis Regularibus Episcopus deputet Parochum de consilio Superioris Regularis, quia illi Textus procedunt, vel quando Ecclesia est de jure patronatus Regularium, ut notat Abbas in d. c. 2. n. 6. vel quando Ecclesia est unita Monasterio, vel quando spectat pleno jure ad Monasterium, ut declaravit Rota coram Durano de i. 92. n. 19. Barbof. vot. decis. lib. 2. voto 50. nu. 27. secus autem si spectet pleno jure ad Cardinalem Titularem.

Sed quatenus observanda esset dispositio dictorum Textuum, nihilominus Cardinalis Titularis habet liberam deputationem dicti Vicarii, quia etiam debeat requirere consilium Superioris Regularis, non tamen tenetur illud sequi. *l. cum Pater 79. §. mando, & ibi Bart. ff. de legat. 2. c. cum olim de arbitris, & ideo deputatio spectat ad solum Cardinalem, Rota decis. 79. de rescript. Purb. decis. 402. lib. 2. in correct. Anan. & Butr. in d. c. 1. n. 5. & Abbas n. 3. de Capellis Monach. Gonzalez. ad Reg. 8. gloss. 96. nu. 23. & 24. Barbof. d. vot. 50. n. 24. & 25.*

Ita ut talis Regularis sic deputatus non poterit moveri à Superiori Regulari, quia cū institutio spectet ad

ad Cardinalem, ita etiam destitutio, ut dicit expressè idem Textus in d. cap. t. ibi.

Ut ex solius Episcopi arbitrio tam ordinatio, quàm depositio, & totius vitæ pendeat conversatio, Et ibi Gloss. in verb. solius, & omnes Canonistæ, Barbof. cit. num. 25.

Poterit etiam Sacristam, Concionatorem, Confessarios, & alios Ecclesiæ Ministros deputare; cum ad Cardinalem Titularem ea omnia spectent, quæ tendunt ad Cultum Divinum, & ad salutem animarum procurandam. c. inter cetera, §. Præcipimus, de offic. Ordin. Silvester in Summa verb. Episcopus num. 11. Tabien. eodem verb. numer. 17. Merlin. de c. f. 743. num. 1.

An autem Vicarius Parochus, & alii supradicti Ministri sint exempti ab obedientia sui Prælati; DD. omnes transeunt cum distinctione. Aut Ecclesia nullatenus subicitur Prælati Monasterii, tunc illi Religiosi eximuntur ab obedientia Prælati, & remanent subiecti Episcopo, qui deinceps erit eorum Abbas.

Aut Ecclesia subicitur Prælati Religionis quoad sola temporalia, & tunc eximuntur ab obedientia quoad spiritualia.

Si verò eis erit subiecta quoad spiritualia, erunt e empti quoad temporalia.

Si verò sit subiecta Prælato regulari quoad omnia, pariter Ministri erunt in omnibus Prælato Regulari subiecti, sic habetur in c. in Parochia 16. quest. 1. & c. sanè eadem causa quæst. 2. Henric. Boicb. in c. quoad Dei timorem num. 8. de statu Monach. & ibi Hostien. num. 9. Joan. Andr. num. 14. Cardinal. num. 5. quest. 2. Summisstasferè omnes, quos adduxit Sanchez ad præcept. lib. 6. cap. 6. nu. 36. Pellazar. de Regul. tract. 8. cap. 4. sect. 4. num. 115.

Finito tamen officio tenentur redire ad obedientiam Prælati, sint in Monasterio & ad Monasterium, si eam exerceant extra Monasterium, sic Sanchez loc. cit. num. 36. in fin.

Supereft ultima, & non quidem levis difficultas, an Summi Pontifices in collatione Titulorum eximant Ecclesias prædictorum Titulorum a jurisdictione Prælatorum Regularium.

Sciendum est exemptiones nullis esse alligatas formulis, sed quovis verborum modo, & genere concedi posse c. si Papa, §. licet autem de privileg. in 6 c. 1. §. Declarationem de verbor. signif. in 6. Cochier. de iurisdic. in exempt. par. 1. qu. 9. in princip.

Inter alias formulas concedendi exemptionem illa est, quando concessa est pleno jure. Abbas d. c. cum inter. num. 3. Gloss. in c. cum & plantare, verb. pleno jure, ubi Abbas numer. 5. de privileg. Hostien. in c. quoniam, eod. tit. & Abbas num. 3. Cochier. late de iurisdic. in exempt. par. 1. quest. 9. num. 6. 7. & 8. plures Barbof. d. c. quoniam num. 2.

Tunc dicitur facta exemptio pleno Jure, quando Papa concedit facultatem in spiritualibus, & temporalibus, Gloss. in dicto c. Quoniam, verb. utroque jure, & in c. cum & plantare, §. in Ecclesiis, §. Pleno jure, ubi Zabarell. num. 1. Butrius num. 26. Decius num. 12. & 16. Barbof. d. c. Quoniam num. 2. & de potest. Episc. alleg. 88. num. 15. Fagnan. in c. Tua num. 7. de Cleric. non resident.

Cardinalibus autem non solum Papa conceffit auctoritatem in spiritualibus, & temporalibus in in eorum Ecclesiis Titularibus, verùm & ipsas plenariè illis subiecit; Quare de ex tempore Superioritate Monachorum, & Regularium non est dubitandum; sed quia nulla est adeò ampla potestas,

quæ onera admixta non habeat, addam hic obligationes, & onera quæ habent Cardinales erga Ecclesias suorum Titulorum.

Et primo offert se Concilium Basiliense, quod in sess. 23. hæc habet.

Pro conservandis Cardinalium Titulis, quorum aliqui tam in Divino Cultu, quàm in Aedificiis, nimirum (Prho dolor) in opprobrium Sedis Apostolicæ, & ipsorum Cardinalium, collapsi sunt, statuit hæc sancta Synodus, ut de redditibus, & proventibus Terrarum Romanæ Ecclesiæ, quorum medietas juxta Constitutionem Nicolai Papæ, ad Cardinales (ut prædictum est) pertineat, Decima pars ejus, quod spectat ad quemlibet Cardinalium proptio Titulo singulis annis applicetur; & nihilominus, vel in vita, vel in morte tantum proptio Titulo quilibet Cardinalis relinquat, unde communiter una persona sustentari possit. Quod si non fecit, tam pro hoc, quàm pro dicta decima parte bona omnia ipsius Cardinalis obligata sint usque ad debitam satisfactionem, & ad executionem hujus oneramus primum Cardinalem illius Ordinis, de quo, ille defunctus, erat: Visitet per se quilibet Cardinalis præsens in Curia, absens verò per Vicarium idoneum singulis annis Titulum suum, Clericosque, & populum Ecclesiarum subiectarum, & cum diligentia inquirat & salubriter provideat super Cultu Divino, bonisque ipsarum Ecclesiarum, ac vita, & moribus Clericorum, & Parochianorum de quibus, cum suæ sint oves, in districto Dei judicio rationem redditurus est, & tam quoad tempus visitandi, quàm quoad alia, servet, quæ instituta sunt in Decrero nostro de Conciliis Synodalibus.

Addamus & Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 9. quod aliqua in parte reformavit Decretum Concilii Basiliensis.

Tituli sui loca, si præsentés in Curia fuerint, personaliter, si verò absentes per Vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent, Clericos, & Populos Ecclesiarum Titulo suo subiectarum cum diligentia inquirant, vigilantque circa Divinum Cultum, & bona dictarum Ecclesiarum, moresque in primis, & vitam Clericorum, & Parochianorum solerter explorent, eosque omnes, & singulos ad rectè, & honestè vivendum paterno moneant affectu. Pro augmento autem Divini Cultus & salute animæ suæ quilibet Cardinalis, vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat suo Titulo quantum sit satis ad Presbyterum unum commodè ibi sustentandum, vel si Ecclesia indigeat reparatione, vel alia subventione, tantum illi relinquat, vel donet, quantum conscientia suæ videbitur.

Tertio loco accedat Constitutio Sixti V. de Præfinitione Titulorum, & Diaconiarum pro S. RE. Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, in qua §. 12. hæc habentur.

Sic igitur ipsi Cardinales, quibus hujusmodi Ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus sollicitè, fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac juxta Constitutionem piæ memoriæ Leonis Papæ X. prædecessoris nostri in Concilio Lateranensi novissimè celebrato editam, frequenter visitent, circa cultum Divinum invigilent, mores, ac vitam Cleri, & Populi eis subiecti diligenter explo-

rent, eosque ad rectè, & honestè vivendum pater-
no moneant affectu; Bonorum, ac temporalium
reddituum curam gerant; Sic ad Dei gloriam, &
fidelis Populi ædificationem pia, & magnifica stru-
ctura, & fabrica tuas quisque Ecclesiâs instaurare
studeant, & exornare, & tam in vita, quàm in mor-
tis articulo pro Divini Cultus augmento, & salute
animarum suarum ad congruè sustentandum ali-
quem Presbyterum, qui inibi in divinis deserviat,
seu aliâs erga ipsas Ecclesiâs, si reparatione indige-
ant, vel alia subventionem de bonis sibi à Deo col-
latis, prout cuique pro modo facultatum conscien-
tia dixerit, munificos se exhibeant, & liberales,
ut earumdem Ecclesiârum decora, & ornamenta
tantorum Præsulum respondeant Digeitati, ac ip-
sâ Ecclesiâ tam sublimibus personis gaudeant se
commisâs, & eorum amplitudine illustratâs,
Jidemque Cardinales exinde ipsius S.R.E. cujus no-
bilissima membra sunt, Majestatem, sua pietate,
solicitudine, & prudentia indices magis extollant,
& reverentiam omnium Gentium erga illam ex-
emplis bonorum operum insigniter augeant, ac
denique præter æternæ retributionis præmia digna
quoque laudum præconia à Nobis, & Apostolica
Sede, valeant promereri.

Denique inferam hic exemplar Diplomatis,
quo à Summis Pontificibus conferuntur Tituli
Presbyteris Cardinalibus, ut omnibus pateat, qua
auctoritate sint suffulti.

INNOCENTIUS

EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

²³⁹ **D**ilecto filio Francisco Tituli S. Mariæ in
Via nuncupatæ S. R. E. Presbytero Card.
Albitio nuncupato salutem, & Apostoli-
cam benedictionem, Decet Romanum Pontificem,
quem Pastor ille cœlestis potestatis plenitudine sibi
tradita Ecclesiâs prætulit Universis, de singulorum
præsertim Almæ Urbis Ecclesiârum Statu sollicitè
recogitare, & fidem tuam, quàm ad cardinalatus
honorem, ut unâ secum Universalis Ecclesiâe one-
ra partiantur pro tempore assumit eorumque Per-
sonas condignis honoribus sublimare. Quapropter
earum regimen pro eorum Cardinalatum Titulis
eis interdum committit, ut per illorum providen-
tiam circumspèctam Ecclesiâ ipsâ præserventur
auxiliis, ac felicibus in spiritualibus, & tempora-
libus, adjuvante Deo, proficiant incrementis.
Cum itaque Nos aliâs Te ob grandium virtutum
merita, quibus personam Tuam illarum largitor
Altissimus insignivit de Venerabilium Fratrum no-
strorum S. R. E. Cardinalium consilio & assensu at-
que de apostolicæ Potestatis plenitudine, in ejus-
dem S. R. E. Presbyterum Cardinalem ad assisten-
dum Nobis in regimine ejusdem Universalis Eccle-
siæ Apostolica Auctoritate duxerimus assumendum,
& Ecclesiâ Sanctæ Mariæ in Via, quæ Titulus
Presbyteri Cardinalis existit, certo, quem præsen-
tibus haberi volumus pro expresso modo vacave-
rit, & vacet ad præsens. Nos cupientes Te pro-
ut juris & rationis existit proprio Cardinalatus

Titulo decorare Ecclesiâ prædictam, ut præsa-
tur vacantem, cum omnibus & singulis illius mem-
bris, juribus, & pertinentiis universis Tibi pro Tui
Cardinalatus Titulo de simili consilio dicta Aucto-
ritate concedimus, & assignamus, Teque illi in
Presbyterum Cardinalem præficimus, curam, regi-
men, & administrationem ipsius Ecclesiâs Tibi
in spiritualibus, & temporalibus, plenariè commit-
tendo. Itaque liceat Tibi, regiminis, & admi-
nistrationis ejusdem Ecclesiâs, ac membrorum ju-
rium, & pertinentiarum hujusmodi possessionem,
seu quasi per Te, vel alium, seu alios propria
Auctoritate liberè apprehendere, & de illorum
fructibus, redditibus, & provenibus, ac em-
olumentis Universis disponere, & ordinate, ac ean-
dem Ecclesiâs regere & gubernare, prout alii
Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore præfue-
runt, de illis disponere, ac eandem Ecclesiâs re-
gere, & gubernare poterunt, seu etiam debue-
runt. Quocirca circumspèctioni Tuæ per Apo-
stolica scripta mandamus, quatenus curam, & ad-
ministrationem prædictâs sic exercere studeas sol-
licitè, fideliter, & prudenter, quo dicta Eccle-
sia Gubernatori provido, & fructuoso Admini-
stratori gaudeat se commissâs. Tuque valeas
deindè apud Nos non immeritò commendari, ac
Superiori, & Conventui dictæ Ecclesiâs, aliisque
illius ratione Tibi subditis personis, ut Tibi pa-
reant, & obediant, alioquin sententiam sive pœ-
nam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles
ratam habebimus, & faciemus, Auctore Domino,
usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter
observari, Et insuper, ut statum tuum juxta Car-
dinalatus sublimitatem decentius tenere, & ex-
pensarum onera, quæ Te jugiter de necessitate
subire oportet, facilius perferre valeas. Motu
proprio non ad Tuam, vel alterius pro Te No-
bis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de
nostra mera liberalitate Tecum, ut etiam post-
quam in vim præfectinnis prædictæ pacificam
possessionem, seu quasi, regiminis, & admi-
strationis dictæ Ecclesiâs, ac illius bonorum, seu
majoris partis eorum affectus fueris, omnia &
singula Monasteria etiam Confortioria Prioratus,
& Conventuales Præceptorias, præpositatus præ-
posituras cæteraque beneficia Ecclesiastica cum
cura, & siue cura sæcularia, & quorumvis Ord-
inum, Militiarum, & Hospitalium etiam sancti
Joannis Hierosolymitani regularia, quælibet de
quibusvis concessionibus, & dispensationibus
Apostolicis in Titulum, commendam, admini-
strationem, ut aliâs quomodolibet obtines, ac
in quibus, & ad quæ jus Tibi quomodolibet com-
petit, quæcumque, quomodocumque, & qua-
liacumque sint, ut prius quoad vixeris retinere, ac
quascumque pensiones annuas Tibi super quibus-
vis fructibus, redditibus, & provenibus Ec-
clesiasticis, ac eorum loco fructum ipsorum
Apostolica Tibi Auctoritate reservatum, &
assignatum, ac reservatas, & assignatas,
ac una cum illis, & illas transferendi, ac
de rebus, & bonis tuis testandi, nec non beneficia
& officia quæcumque conferendi, aliisque facul-
tatibus, & Indultis Tibi concessis, ut prius quo-
ad vixeris percipere, exigere, & levare, ac in
tuos usus, & utilitatem convertere liberè, & licitè
valeas Nostra, quatenus opus sit, de exprimendo
vero annuo valore Beneficiorum per promotos
ad Ecclesiârum Regimina obtentorum, in dif-
pensationibus Tibi concedendis super illorum
reten-

retentione, alioquin illæ non valeant, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus, ac etiam, quatenus opus sit, dictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus Apostolica Auctoritate eandem tenore presentium de specialis dono gratiæ dispensamus, decernentes propterea Monasteria, Prioratus, Præceptorias, aliaque beneficia per Te obtenta hujusmodi non vacare, Pensionesque, & fructuum reservationes prædictas non cessare, ac transferendi, testandi, conferendi, aliisque facultates, & indulta hujusmodi non expirare. Irritum quoque & inane si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem quod propterea in Monasteriis & Prioratibus Conventualibus hujusmodi Divinus cultus, ac solitus Monachorum, seu Canonicorum, & etiam Ministrorum numerus nullatenus minuat, aliaque beneficia hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura, si qua illis immineat, nullatenus negligatur, sed eorum, & dilectorum filiorum Conventuum, Monasteriorum, & Prioratuum conventualium hujusmodi congrua supportentur onera consueta. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, decimo Kalendis Aprilis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro Eminentissimo Domino Cardinale Barberino Summatore P. Ciampinus.

F. de Aste.

V. Catallus.

Registrata in Secretaria Apostolica.

Visa P. Ciampinus

SECUNDA DISCEPTATIO IN EADEM ROMANA JURISDICTIONIS.

SUMMARIUM

Primæ Quæstionis.

- 1 **T**heologorum dicta attendenda non sunt in his qua spectant ad causarum decisionem ac moralem Philosophiam.
- 2 Monachismus à quo tempore inventus.
- 3 Monachi cum eorum Monasteriis per quinque sæcula fuerunt sub jurisdictione Episcoporum.
- 4 Monachos eorumque monasteria aliasque Ecclesias sæculares & regulares subjectos esse Episcopis statuerunt Concilia Aurelian. & Calcedonen.
- 5 Intentionem fundatam habet Episcopus de jure communi exercendi jura Episcopalia quoad monasteria intra suam diocesim sita & num. 41.
- 6 De exemptionibus ab Episcopo Parisien. concessis aliquibus monasteriis quingentesimo sæculo durante.
- 7 De alia exemptione eodem sæculo durante concessa per Joannem III. alteri monasterio.
- 8 De exemptione monachorum ampliata per Concilium Romanum sub Gregorio I.
- 9 Initium à quo habuerunt hujusmodi exemptiones, & quod exemptio per Concilium Lateranen. sub eodem Gregorio Cassinensibus con-

- cessa, est particularis & restricta ad quaedam monasteria & idem num. 11.
- 10 Exemptio generalis Monachorum Cassinensium initium habuit ab Eugenio IV. & non antea.
 - 12 Comprobatur conclusio de qua num. 9. ex aliis exemptionibus postea obtentis à diversis Pontificibus pro aliis monasteriis Cassinensibus.
 - 13 Concilium Lateranen. sub eodem Gregorio I. circa exemptionem non fuit acceptatum, nec usum receptum.
 - 14 Quod comprobatur pariter ex aliis exemptionibus in Gallia pluribus monasteriis concessis & num. seqq.
 - 16 Summi Pontifices cessarunt ac se abstinere à concessione dictarum exemptionum præjudicialium potius quam favorabilium monasteriis.
 - 17 Exemptiones prædictæ non placuerunt S. Bernardo, prout nec S. Francisco.
 - 18 Exemptionem impetravit frater Elias, carnis potius quam Divino spiritu ductus.
 - 19 Constitutio abrogata vel usum non recepta allegari non potest.
 - 20 Monasteria & Monachi in Italia fuerunt Episcopi subjecti.
 - 21 Exemptionum privilegia quo tempore per pontifices renovata fuerunt.
 - 22 Exemptio præsupponit subjectionem.
 - 23 Et concessa Abbati à jurisdictione Episcopi supponit illum in istius diocesis.
 - 24 Non liberat à potestate Papæ, sed ab illa Ordinarii.
 - 25 Anastasii Bibliothecarii assertio non est certa circa exemptionem monasterii Sancti Christophori à jurisdictione Cardinalis Titularis.
 - 26 De opinione Rodriguez circa Regularium exemptionem.
 - 27 Ac de illa Tamburini circa eandem exemptionem.
 - 28 Conclusionem textus in cap. nullam 18. quæst. 2. quod Regulares de jure communi exempti sint ab Ordinariis jurisdictione, declaratur procedere circa ea que spectant ad regularem observantiam & n. 30. & 33.
 - 29 De opinione fratris Hyacinti Donati circa dictam Regularium exemptionem.
 - 31 Refertur opinio Bordoni volentis exemptionem competere Regularibus, quia eorum Privilegia tanquam inserta in corpore faciunt jus commune quoad nominatos.
 - 32 Sed reprobat, quia conclusio prædicta locum non habet si privilegium sit insertum in corpore juris per modum privilegii.
 - 33 Quomodo probetur dicta Regularium privilegia esse inserta in corpore juris per modum privilegii.
 - 34 Regulares in multis sunt Episcopis subjecti, & eorum privilegia quotidie derogatur.
 - 35 Refertur opinio Cespæsi firmantis contra communissimam Doctorum opinionem quod Episcopi non habeant jurisdictionem in Regulares nec quoad regularem observantiam & legem diocesanam, nec quoad jurisdictionem.
 - 36 Exemptio in aliquibus, illam reddit jurisdictionem Episcoporum in reliquis.
 - 37 Exemptioni Regularium à jurisdictione Ordinarii jus commune non assistit, quinimò resistit.
 - 39 Lex diocesana confundi non debet cum illa jurisdictionis.

40 Regulares omnes de jure communi sunt Episcopis subiecti.

41 De eadem conclusione de qua num. 5. in Episcopi ex eodem jure communi intentionem fundatam habeant contra Regulares.

42 Reprobatur opinio Valer. Cespedis & Bordoni de qua n. 31. & 35. & de distinctione ac differentia inter exemptum de jure, & exemptum in jure.



ONTRA Nostram disceptationem de Jurisdictione, quam habent Eminentissimi Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum scripserunt aliqui Juris Consulti, ac Theologi.

Existimaveram sanè non esse de dignitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis adversus Leguleios, & Theologos in arenam descendere; Dicta enim Theologorum in his, quæ spectant ad Moralem Philosophiam, & decisionem Causarum non sunt attendenda *argum. Tex. in c. 1. in fin. de Consanguinit. & affinitat. Cardinal. Mantica de Tacit. lib. 2. tit. 1. num. 58. Loter. de re benef. lib. 3. quest. 7. à num. 99.* Sed quia de interesse Eminentissimorum Dominorum agitur censui non debere, nec posse pugnam evitare.

Sed ut in hac controversia clarè, & non confusè ut faciunt Adversarii, procedamus, materiam totam in quæstiones dividemus, illasque resolvemus.

Prima erit Quæstio. An exemptioni Regularium assistat Jus commune

Secunda. An vigore exemptionis generalis, qua potiuntur Regulares, Fratres Servorum inservientes Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via sint exempti à Jurisdictione Cardinalis Titularis in his quæ spectant ad cultum Divinum, & servitium prædictæ Ecclesiæ.

Tertia. An saltem virtute Brevis Leonis X. prædicti Fratres gaudeant prædicta exemptione.

Quarta. An illis assistat Consuetudo immemorabilis deducta à c. *Dilectus de capell. Monach.*

Quinta. An possint se tueri aliqua præscriptione.

Sexta. An de jure communi habeant Cardinales in suis Titulis Jura Episcopalia; An ex Consuetudine.

Septima. An stante asserta declaratione Gregorii XIII. Cardinales habeant in suis Titulis Jurisdictionem circa ea quæ spectant ad curam Animarum.

Octava. An Cardinales, quoad suos Titulos, & Populum sibi subiectum dici possint, habere Territorium separatam, & exinde potiuntur omnibus prærogativis, quæ competunt Episcopis in eorum Diocæsesibus.

Nona. An sit derogatum per Bullam Sixti V. & Diploma Cardinalis Titularis exemptioni Fratrum Servorum inservientium dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via.

Decima. An necesse fuerit derogare in specie exemptioni dictorum Fratrum, cum tractetur de Jure Tertii.

Undecima. An sit differentia inter Jurisdictionem, quam habent Cardinales Titulares in Ecclesiis suorum Titulorum, & in illam, quam habent Episcopi adversus Regulares in suis Diocæsesibus.

PRIMA QUÆSTIO.

AN exemptioni Regularium assistat jus commune. Resolvendum est negativè, jus enim Commune non solum illis assistat sed resistit.

Certissimum est enim, ab initio nascentis Ecclesiæ, quo Monachismus inventus est, teste Cassiano *collat. 18. c. 5.* & ex eo Cardinalis Bellarminus de *Monachis lib. 2. cap. 5. vers. sexto* poederatur quod & Concilium Meldense *can. 9.* affirmat, nempe Ordinem Monasticum & à sanctissimis Patribus exculum, & habetur in Concilio Colonien. *cap. 1. par. 10.* & Monachos, & eorum Monasteria sub Jurisdictione Episcoporum per quinque sæcula absque interruptione fuisse. Omnes enim Basilicæ quæcumque illæ fuissent, potestati, & Jurisdictioni Episcoporum subiacebant. Sic enim statutum fuit in Concilio Aurelianen. *registr. in c. omnes Basilicæ 16. q. 7.* ex quo textu omnes Doctores concludunt, quod tam Ecclesiæ sæculares, quam Regulares, & monasteria de jure communi subjacent Jurisdictioni Episcoporum, & Ordinariorum. Quod statuit Concilium Calcedonense sub Leone I. anno 451. *can. 4. registr. à Gratian. in c. Quidam Monachorum 10. 18. quest. 2.* & in Concilio Aurelianen. 1. sub Simacho Papa anno 511. de quo per Gratian. *in c. Abbates 8. eadem causa. & quest. & in Concilio Aurelianen. 4. sub Joanne I. anno 524. de quo per Gratian. in c. Monasteria 17. eadem causa. & quest. & possent allegari hinc infiniti Doctores, sed pro omnibus sufficiat Fagnanus in c. *Nimis prava num. 3. de excess. Pralat. ubi* quod de jure communi Episcopus fundat intentionem super jurisdictione ordinaria, non tantum contra Clericos, sed etiam contra Religiosos suæ Diocæsis, etiam Prædicatores, & Minores. Et ex Regularibus latè *Rodriguez questio. Regular. tom. 2. quest. 64. artic. 1. Rota in pluribus decis. relat. in decis. 238. n. 2. part. 1. v. cent. & decis. 47. num. 14. post. Tamburin. de jure Abb. bat. Idem Tamburin. dicto tract. tom. 3. disp. 5. quest. 11. num. 1. & 2.**

Durante tamen sæculo quingentesimo exemptiones nonnullis Monasteriis donatæ sunt ab ipsismet Episcopis. Sic enim anno 509. B. Germanus Episcopus Parisien. exemit in aliquibus à potestate Ordinariorum Monasterium S. Vincentii Ordinis S. Benedicti, instante Rege Chidelberto, cujus exemptionis exemplar registratum est à Chopino *in tract. de jure Coenobit. lib. 1. tit. 2. nu. 19.* Quam exemptionem confirmatam fuisse à Gregorio I. testatur *Amoyner. Francicar. lib. 3. cap. 2. & ex eo idem Chopin. loc. cit. Tambur. in d. quest. 11. num. 10.* & hanc exemptionem fuisse primam testatur idem *Tamburin. loc. cit.*

Eodem sæculo Joannes Papa II. anno 559. Monasterio sancti Medardi apud Successiones Ordinis S. Benedicti amplissimam exemptionem concessit, instante Clotario Rege; hujus exemptionis exemplar refert idem *Chopin. loc. cit.* Et hanc fuisse secundam exemptionem Monachorum visam adfruit idem *Tamburin. loco citato.*

Habito demum Concilio Romano sub Gregorio I. anno 601. exemptio Monachorum ampliata fuit, & tunc fortasè initium habuere hujusmodi exemptiones à Sede Apostolica, ut testatur non minus eruditione, quam Purpura Eminentissimus Pallavicinus in sua elegantissima Historia Concilii Tridentini, *lib. 8. capit. 17. num. 11. vers. Uno di est.* Ista verò non fuit exemptio universalis, sed solum restricta ad certos Monachos Cassinenses, ut dicit idem Eminentissimus *loco cit. quod innuit Tamburin.*

10 *rin. disputat. 15. quest. 11. sub num. 14. vers. sic etiam Cassinensium, & eodem num. 14. in fin. subjungit, exemptionem universalem Congregationis Cassinensium Monachorum nullam extare ante Eugenium IV.*

11 Quod autem exemptio concessa à Concilio Lateranen. sub Gregorio I. fuerit particularis quoad quaedam Monasteria Cassinensia, & non universalis, patet ex eo quod si fuisset talis, non oportebat eam petere à Theodoro Pontifice pro Monasterio Bobien. anno Domini 643. nec à Zacharia I. pro Monasterio Montis Cassini anno 741. nec à Gregorio III. pro Monasterio S. Petri de Perusio anno 835. nec ab Urbano II. pro Monasterio Caven. anno 1092. nec ab Alexandro III. pro Monasterio S. Mariæ de Florentia anno 1176. nec ab aliis Pontificibus pro aliis Monasteriis ut constat ex Bullis in Bullar. Cassinen. Const. 2. §. 8. 18. & aliis, & præsertim pro Monasterio S. Pauli de Urbe, quod Innocentius III. anno 1203. Sedi Apostolicæ subiecit in eodem Bullar. Const. 12.

13 Ex quibus exemptionibus, & præsertim ab illa Innocentii III. pro Monasterio S. Pauli de Urbe apparet, Concilium Lateranense non fuisse in hoc usu receptum etiam in ipsa Urbe, cum fuerit necesse per speciale diploma Monasterio prædicto exemptionem concedere, quod negare non potest Passerin. tom. 3. de Homin. statibus, & officiis quest. 189. de Profession. art. 10. in spec. 10. sub num. 677. vers. Potuit vero contingere.

14 Certum est enim in Gallia anno 678. Episcopum Parisien exemptione donasse Monasterium S. Dionisii, Episcopum Ambianensem exemptionem Monasterium Corbien. anno 664. & Adeodatum Summum Pontificem in fine sui Pontificatus exemptionem concessisse Monasterio S. Martini Turonen. ubi habentur hæc verba.

Parumper autem ambigimus idecirco quod mos, atque aditio sanctæ nostræ Ecclesiæ plus non superat à Regimine Episcopalis Providentiæ Religiosa loca fecernere; Ex quibus verbis Cardinalis Baronius anno 676. qui exemplar indulti affert, hæc habet.

16 Ex cuius scripto illud sit manifestum jam cessasse Romanos Pontifices ejusmodi Immunitates concedere Monasteriis, cum dicat, Mos atque traditio sanctæ nostræ Ecclesiæ plus non superat à Regimine Episcopalis Providentiæ Religiosa loca fecernere, id fortasse, quod experimento didicisset, ejusmodi immunitates obfuisse, potius quam profuisse Monastica observantiæ.

17 Certè quidem nunquam placuit S. Bernardo (quod ex pluribus locis Epistolarum ejus apparet) ut monachi ab Episcopali obedientia hujusmodi Privilegiis se subtraherent, nec grarum fuit sancto Francisco, sed fratres Eliæ hominis, non Divino Spiritu, sed carnis prudentia nitentis, fuit opus, quod repetit Frances. de Ecclesiis Cathedral. cap. 3. num. 75.

19 Non est ergo, cur tanti faciant Theologi Concilium hoc, cum nec usu receptum fuerit, vel saltem more Sedis Apostolicæ abrogatum, ut ex dictis patet. Constitutio enim abrogata, vel non usu recepta allegari non potest. Rot. coram bo. me. Merlino decis. 461. in fine. Et propterea successivis temporibus in Italia Monasteria & Monachos fuisse Episcopis subiectos patet ex c. Constitutus, & ex c. cum Venerabilis, & ex c. Cum dilectus filius de Religiosis domibus sub Pontificatu Innocentii III.

21 Quo autem tempore cœperint de nova Pontifices privilegia exemptionum concedere, videndus est Tamburin. d. disput. 5. quest. 11. à num. 14. usq. ad. 42.

Quod verò in Memoriali additionali dicitur, non solum ponit falcem ad radicem, sed auctoritatè Eminentissimorum Dominorum Cardinalium maxime inservit.

Quia Anastasius, quem sequitur Baronius anno 741. sub num. 10. loquitur de Monasterio, non de Ecclesia Tituli, ibi enim dicitur, segregatum videlicet Monasterium à Jure potestatis Presbyteri dicti Tituli; Ergo Cardinalis Titularis habebat potestatem in Ecclesia Tituli; undè si Monasterium non fuisset exemptum, necessario sequeretur, quod deberet subjacere potestati Cardinalis Titularis. Exemptio enim præsupponit subjectionem. Gregorius XV. decis. 325. Buratt. decis. 578. num. 14. Pavia decis. 1072. n. 5. quæ loquitur in terminis de Monasterio. Undè dicimus, quod concessa exemptio Abbati à Jurisdictione Episcopi, præsupponit Abbatem esse in Diocesi Episcopi. Rot. decis. 456. & 491. p. 1. recent.

23 Secundo quia ex hac exemptione particulari arguitur, quod tunc temporis Jus non assistebat Monasterio Sancti Crisogoni, ut præcedunt Adversarii; Si enim Jus fuisset & sub generali illa Gregorii I. exemptione Monasterium prædictum esset inclusum, frustra Gregorius III. exemptionem concessisset, ut supradictum est.

24 Nec declaratio Petri Urbevetani quidquam facit, quia certum est, quod exemptio non liberat à potestate Papæ, sed Ordinarii, quod quidem procedit in re exempta; at hic sumus in Ecclesia non exempta, sed pleno jure subiecta Cardinali Titulari, & propterea benè dicit Petrus, ne quod ideò Monasterium erat exemptum à Cardinali Titulari, ne Monachi duos Abbates haberent. At in casu nostro Monasterium habet suum Superiorem, & Ecclesia Titularem suam, quod non est inconveniens, ut jam dictum est. Præterea Assertio Anastasi Bibliothecarii non videtur certa. Nam Platina in vita Gregorii Tertii mentionem facit de constructione Monasterii, de exemptione verò alium silentium. Ciacconius pariter de constructione Monasterii neminit, de exemptione nullum verbum.

Sed his relictis videamus, quid in hac questione dicant doctissimi Regulares.

26 Rodriguez tom. 2. questio. Regular. quest. 2. art. 8. quærit, an de Jure communi Judex immediatus Regularium sit Abbas, vel alius Prælati, respondet, quod in his, quæ respiciunt Regularem observantiam, Abbas est Superior, secus quoad extraneam. Hanc questionem latius examinat in quest. 64. art. 1. & adducens ea, quæ faciunt pro Abbatibus, dicit illam opinionem non habere solidum fundamentum, & concludit, attento Jure communi, nullum in hac re esse constituendum discrimen inter Clericos Sæculares, & Regulares.

27 Tamburin. de Jure Abbatum tom. 1. disp. 15. quest. 2. quærit, quo Jure Abbates, Prælati Regulares, & Religiosi sint exempti à Jurisdictione Ordinariorum, & objiciendo, quod videntur exempti de Jure communi per text. in c. Nullam 18. quest. 2. resolvit de Jure communi Monachos esse Episcopo subiectos subjungens, quod nulla extat lex Canonica, per quam rota Jurisdictio in Monachos Abbatibus tribuatur, & Episcopis eximatur.

28 Nec obstare dictum c. Nullam, quia ibi Pontifex loquitur de his, quæ spectant ad Regularem observantiam,

vantiam, & licet ibi dicatur totam potestatem Monasterii ad Abbatem pertinere, non excludit Episcopum, sed Monachos.

29 Frater Hyacinthus Donatus Ordinis Prædicatorum in praxi ver. Regular. quæst. 7. quærit. An Regulares possint dici exempti de Jure communi, & responderet, esse exemptos quoad legem Diocesanam, secus quoad legem Jurisdictionis, à qua non sunt exempti, nisi speciali privilegio sint muniti, sed manent sub Jurisdictione Episcopi, ut ibi num. 3. & 5. sequitur opinionem Rodriguez loco supra cit. nempe, quod Regulares, quoad Regularia instituta sunt subiecti Prælato de Jure communi, secus quoad externa. Lazana Ordinis Carmelitanorum in summa verb. exemptio Regular. quærit in exemptio Regularium à Jurisdictione Ordinariorum sit de Jure Communi; responderet quod licet videatur de Jure communi competere per c. Quam sit necessarium &c. Nullam 18. q. 2. Oppositum tamen dicendum est, residet tamen in opinione eorum, qui dicunt de Jure communi esse exemptos à lege Diocesanam, & quoad ea, quæ spectant ad Regularem observantiam.

30 Nec Bordonus exadverso allegatus ad rem facit, quia dicit exemptionem competere Regularibus de Jure communi, quia eorum Privilegia inserta sunt in Jure communi, sed valde æquivocatur; Nam licet privilegia inserta in corpore Juris faciant Jus commune quoad Nominatos, ut voluit Jo. Andr. in c. Ex parte il primo num. 3. de Decimis, quem sequitur, Fagnanus in c. His qua n. 35. de Majorit. & Obedient. Hæc tamen Conclusio non procedit, quando Privilegium est insertum in corpore Juris per modum Privilegii, ut declarat. Dec. in c. 1. in 2. lect. n. 22. in fin. de Constitut. Jacob. Niger. in repetit. l. Diem functo num. 17. ff. de Offic. Assess. Barbof. de Clausul. clausul. 83. mun. 5. Privilegia verò Regularium esse inserta in corpore Juris per modum Privilegii ex eo patet, quia, & quotidiè illis derogatur ut in c. Volentes de Privil. in 6. Et quia in multis sunt subiecti Episcopis, de quibus latè Fagnanus in c. Grave à num. 34. usque ad 82. de Offic. Ordinar. Campanil divers. Juris Rubr. 12. cap. 13. per tot. Barbof. de potest. Episc. allegat. 105. per totam.

31 Nec Cespedes dub. 391 Sequendo opinionem Bordonus, immò illam ampliando, dum dicit, quod de Jure communi Episcopus non habet Jurisdictionem in Regulares, nec quoad legem Diocesanam, nec quoad Jurisdictionem, audiendum est, Tum quia loquitur contra communissimam Doctorum opinionem, de qua Sanchez lib. 6. consilior. cap. 9. dub. 1. Tum quia fundatur in c. Nimis prava, & nimis iniqua de Excess. Prælat. in quibus Summi Pontifices in multis, quæ spectant ad legem Jurisdictionis exemerunt ab Episcopis Regulares. Non enim videt ille, quod si in multis per modum Privilegii exemerunt, in reliquis remanet illæsa Jurisdictione Episcoporum, quæ de Jure communi illis competit, sic in puncto Fagnanus in d. c. Nimis prava num. 3. de Excess. Prælat. quod patet in c. Cum Venibilis de Religios. domib. & tenent in d. c. Nimis prava. Innocent. Hostien. Abbas. Marian. Socin. à Fagnan. allegat. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 24. n. 96. Rota decis. 520. num. 2. par. 5. recent. Frances. d. e. 30. num. 118.

32 Sed in re clarissima divagati sumus præter necessitatem. Concludendum igitur est, Jus commune non assistere Regularibus in exemptione prætensa à Jurisdictione Ordinariorum, & si aliquid quid habent à Jure communi, habent exemptio-

nem à lege Diocesanam, quam qui negant, vel confundunt cum lege jurisdictionis, nil aliud faciunt, nisi se opponere, nedum modernis, verum etiam antiquis Canonibus, à quibus recedere nihil aliud est, quam per viam distortam incedere can. 1. & 2. distinct. 3. bene Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 21. n. 45.

33 Sed post hæc scripta inveni doctissimum Episcopum Barbaltren. in suo Pastoralis Regularium latissimè hanc quæstionem pertractantem par. 2. quæst. 2. à num. 8. usque ad finem capituli, ubi l. t. probat omnes regulares fuisse de Jure communi subiectos Episcopis, & habere contra Abbates, & Regulares intentionem fundatam ex eodem Jure communi, suamque opinionem confirmat ex decis. 78. par. 1. divers. for. & decis. 15. par. 1. in recent. in quibus disputato articulo, Rota firmavit hanc opinionem, responderetque contrariis, & loc. cit. Episcopus reprobat Valer. Cespedes, & Bordon. exadverso allegatos, dicitque aliud esse exemptum de Jure, aliud esse exemptum in Jure; nam exemptio de Jure, debet esse omnimoda absque alia limitatione, exemptio verò in Jure est illa, quæ est limitata ad casus expressos in eo, qualis est exemptio Regularium, qui auctor videndus est, nam doctissimè discutit, & resolvit hanc quæstionem; sed ad secundam quæstionem properemus.

34 SVMMARIUM
Secundæ Quæstionis.

1 Fratres servorum Titulari Ecclesia intervenientes, ibique degentes de Jure communi in iis, quæ spectant ad servitium dictæ Ecclesie exempti non sunt à Jurisdictione Cardinalis Titularis.

2 Conclusio de qua tex. in cap. volentes §. in eos de privileg. in 6. quod privilegium exemptionum Regularibus concessum, tanquam in corpore Juris insertum facit Jus commune, declaratur ut non procedat in iis, quæ sunt inserta in corpore Juris per modum privilegii.

3 De privilegio per sonis concessio non operante effectum, si persona ratione rei coherentis excludatur à privilegio.

4 Exempli ratione ejusdem privilegii de quo num. 2. subsunt loci Ordinario, si in istius Diocesi morantur, vel ibi ad regimen Ecclesie non exempta assumuntur.

5 Quod ampliatur procedere etiam si exemptio sit plenissima, & ordini concessa, cum declaratione, quod dictum e. volentes nullum generet præjudicium.

6 Exemptio generalis concessa Servorum Ordini quantumvis ampla, non suffragatur quoad fratres Ecclesie titulari intervenientes, vel ibi degentes.

7 Exemptus quis pro parte esse potest, & pro parte subiectus.

8 Reprobatur opinio volentium Regulares vigore dicti cap. volentes de privileg. in 6. habere simplicem exemptionem personalem, & firmatur dispositio dicti tex. habere locum etiam in exemptione mixta, ratione scilicet loci & persona.

9 Imò quod dispositio tex. in d. cap. volentes habet etiam locum in exemptione personali.

10 Dispositioni dicti cap. volentes derogatur per privilegia Regularium.

11 Declaratur, in quibus casibus extendatur derogatio prædicta.

- 12 Derogatio debet esse specifica ad §. in eos d. cap. volentes, cum possit quis ratione certa rei esse exemptus, ratione vero alterius rei, seu loci subiectus.
- 13 Una & eadem res vel persona in hac materia diversis respectibus potest diverso jure censer.
- 14 Ex quibus causis Regulares exempti à jurisdictione ordinarii eidem subiciuntur. Et an si obtineant beneficia Ordinario subiecta.
- 15 Clerici appellatione de jure communi veniunt Regulares Ecclesiis titularibus Cardinalium inservientes & n. 18.
- 16 Ac idem pariformiter determinant Summi Pontifices erga clericos ac Regulares.
- 17 De eadem conclusione de qua n. 16. & quod favorabilis non odiosa dicatur reductio ad jus commune.
- 18 Favorabilis, an sit materia, vel odiosa arguitur à ratione prehemali, & à Papa, ac alterius dispositionis voluntate, an principaliter directa sit favori vel odio, & n. sequenti.
- 19 Electio Ecclesiam titulum est favorabilis prout est omne id, quod in Ecclesia utilitatem statuitur per Summos Pontifices.
- 20 Cardinales sunt pars corporis Papa S. R. E. Filii, ac precipue Summi Pontificis Consilarii.
- 21 Papa sicut exemptionem Regularibus concedere potest, ita & tollere quamvis concessam titulo oneroso.
- 22 Clausula dici non potest appeisa in parte executiva, si appositum sit immediate post perfectam orationem.
- 23 Fratres Servorum Ecclesie S. Mariae in via inservientes parere, ac obedientiam prestare debent ejusdem Cardinali Titulari, & in quo consistat obedientia prædicta.

SECUNDA QUÆSTIO.

AN virtute exemptionis Generalis, qua potiuntur Regulares, Fratres Servorum inservientes Ecclesie Sanctæ Mariæ in Via sint exempti à Jurisdictione Cardinalis Titularis in his, quæ spectant ad Cultum Divinum, & servitium Ecclesie prædictæ.

Et respondendum est negativè per Textum expressum in c. Volentes §. in eos de Privileg. in 6. Ibi enim Innocentius IV. in Concilio Lugdunen. statuit, quod exempti, sive Monachi, sive Religiosi, qui Privilegium habent, ne possint suspendi, interdici, vel excommunicari, eis non suffragatur, si ad Monasterium suorum Prioratum Ordinario subiectum fuerint destinati, ut vel gerant eorum regimen, vel in eis tanquam proprii locorum ipsorum Monachi residant, iis enim casibus non sunt à jurisdictione ordinaria exempti, ubi Hostien. num. 1. dicit. Nisi ad Ecclesias, quæ sub sunt Ordinariis tanquam Priores, vel Monachi transmittantur; Tunc enim quamdiu ibi motam traxerint, ipsi Ordinariis subjacere noscuntur.

Idem voluit Geminianus ibi n. 3. ubi, quod Privilegium indultum personis, non operatur effectum, si persona ratione rei coherentis excludatur à Privilegio, & n. 4. subjungit quod si concedatur Privilegium Personis, ubicunque sint, si postea acquirant rem non privilegiatam, non gaudent privilegio respectu illius rei. Idem tenet Franch. n. 2. sed clarus Anchar. n. 6. ubi ait. Nota quod exempti sub sunt Ordinario loci, si in ejus Diocesi assumantur ad Regimen Ecclesie non exemptæ, vel ibi residant; hos omnes sequitur Barbof. ad d. §. in eos num. 5. ubi dicit, quod privilegium habentes ne interdici, suspendi, vel excommunicari possint ab Ordinario, ut sunt multi Religiosi, in quorum Privilegiis ponitur, ne suorum Monasteriorum Monachi excommunicentur: Si prædicti Monachi habitent in Prioratibus subditis Ordinariis Locorum, & ibi regant, vel residant, possunt in re Card. de Luca de jurisdic. & foro compet.

dici, suspendi, & excommunicari ab Ordinariis, dum ibi morantur. Idem tenet Federic. de Senis conf. 19. in fin. quem sequitur Tusc. litt. E. conclus. 56. numer. 8. & num. 10. dicit hoc procedere etiam si exemptio sit plenissima, & concessa Ordini, etiam si sit post d. c. cor. firmata cum declaratione, quod d. c. 1. nullum generet præjudicium tali exemptioni per conf. Geminian. 72. toto n. 1. Cocchier. de Jurisdictione in exemptos par. 5. quest. 14. n. 8. & prius par. 2. quest. 45. n. 6. Navarr. conf. 19. n. 9. de Cleric. non resid. Capic. decis. 59. in fine, latissime Salgad. de supplicatione ad Sanctiss. par. 2. quest. 45. num. 6. Navarr. conf. 19. num. 9. de Cleric. non resid. Capic. decis. 59. in fine, latissime Salgad. de supplicatione ad Sanctiss. par. 2. cap. 15. n. 10. Frances. in Pastoral. Regular. qu. 21. n. 31. Campanil. divers. Juris rub. 12. cap. 13. nu. 31. vers. Quid in Monasterio, & plenius num. 116. vers. Insuper, sed pro omnibus Fagnan. in c. Quoniam n. 2. & 3. ubi multa Jura concordantia adducit de Privileg. & Rota plenissime decis. 165. à n. 2. usque ad 38. p. 7. recent.

Cum ergo Fratres degentes in Conventu S. Mariæ in Via sint destinati ad inserviendum dictæ Ecclesie Cardinali Titulari subiectæ, nullo modo potest illis suffragari exemptio generalis concessa Fratribus, & Ordini Sanctæ Mariæ Servorum, quantumvis sit exemptio plena, & plenissima, ut dicit Geminian. d. conf. 72. cui consilio ferè omnes Doctores Bononientes subscriperunt, ut notat Fagnan. in c. Ex parte n. 45. de Privileg. Rota de: 165. n. 2.

Et ratio est, quia quis potest esse pro parte exemptus, & pro parte subiectus, Franch. in c. Si Papa §. 1. n. 2. de Privileg. in 6. Frances. in d. Pastoral. Regular. loc. cit. n. 31. vers. Quia. Cocchier. d. quest. 45. n. 6. Salgad. loc. cit. n. 44.

Non obstat, quod d. c. Volentes non procedat, nisi quando exemptio est ratione loci, non autem quando est Personalis, qualem habent hodiè omnes Religiosi, quia hæc distinctio fuit reprobata à Rota in Barren. Jurisdictionis 20. Maii 1603. seu 1613. juxta emendationem factam à Cantalmagio in suo repertorio Decisionum coram Card. Verospi senioro registr. post Marchesan. de Commission. par. 1. pag. 1069. nu. 3. vers. Verum nec relevat, ubi quod dispositio d. c. Volentes procedit in quacunque exemptione, & asserit, ita pluries resolvisse Sac. Congregationem Concilii, quod sequitur eadem Rota in d. decis. 165. num. 7. part. 7. recent.

Sed quatenus dispositio d. c. Volentes non haberet locum in exemptione Personalis, non suffragaretur dictis Fratribus Servorum, qui non habent exemptionem simpliciter Personalem, sed mixtam, ut in puncto retolvit Fagnan. in c. Ex parte num. 49. de Privileg. ubi quod c. Volentes loquitur de exemptionibus mixtis, id est concessis loco, & Personis simul, quales sunt exemptiones Regularium; Nam isti habent exemptionem Personæ respectu Monasterii, ut notat Fagnanus in c. Tuarum n. 6. de privileg.

Ultra quod si essemus in exemptione simpliciter Personalis, nihilominus haberet locum limitatio appositum in dicto §. in eos, quia ibi loquitur Summus Pontifex de exemptione Personalis, ut notat ibi Geminian. n. 3. Et propterea cum Fratres Servorum inserviant Ecclesie subiectæ Cardinali Titulari, quamvis eorum exemptio sit personalis, nihilominus ea juvare se non possunt obstante dispositione dicti Textus.

Non obstat quod per Privilegia Regularium sit derogatum d. c. Volentes, quia et si in Privilegiis multorum Regularium, & in specie Fratrum Servorum habeatur derogatio ad d. c. Volentes, ut notat Fagnanus in d. cap. Tuarum de Privileg. sub numer. 19. vers.

- 31 Similiter Fratres. Advertendum tamen est, illam derogationem comprehendere solummodò illos tres Casus, nempe, Delicti, Contractus, ac Re sita, non autem comprehendere dispositionem d. §. in eos, quæ habet specialem rationem, scilicet Regiminis, Administrationis, & Residentiæ in loco ordinario subiecto, & propterea nisi ostendatur derogatio specifica dispositioni prædicti §. non cadit sub illa generali illorum trium casuum, in quibus adest diversa ratio, cum unus possit esse exemptus ratione certæ rei, vel loci, & subiectus ratione alterius rei, vel loci. c. Cum Cappella de Privileg. ubi notat Io. Andr. Buvr. & Cardinalis, quod quis potest esse subiectus ratione Beneficis, qui ratione alterius conferat exemptus. *Fagnanus ibidem in princ.* in hac enim materia una, & eadem res vel Persona diversis respectibus potest diverso Jure censeretur. c. Cum olim de re judic. c. ex Literis de Probat. cum aliis per *Fagnan. in d. c. Cum Cappella n. 13.* Et ita in puncto tenet idem *Fagnanus in c. Ex parte. n. 52. de Privileg.* Ubi quod si exempti specialiter ratione delicti, Contractus, ac rei sitæ obtineant beneficia Ordinariorum subiecta, eorumdem beneficiorum ratione Ordinariorum Jurisdictioni declarantur esse subiecti, & confirmat exemplo Regularium, qui accipiunt executionem ultimæ voluntatis, & administrationem Hospitalium, & Confraternitatum, ait enim esse subiectos, quoad eam executionem, & administrationem Ordinario, non obstante quacunque exemptione, & sic declaratum fuisse à sacra Congregatione Concilii *Frances in Pastoral. d. quæst. 31. n. 31. vers. Idem repetit Cochier.*
- Cum assistentia juris concurret facultas, & potestas data à Sixto V. in sua *Constit. 55. de præfinit. Titulor.* in Clerum, & Populum dictis Titulis subiectos. Nec est ambigendum appellatione Cleri comprehendendi Regulares inservientes Ecclesiis Cardinalium Titulatis, quia sic subiecta materia postulat, quæ est attendenda *Felin. in c. Licet num. 9. in fin. de Offic. ordin. in puncto Antonin. variar. lib. 1. resol. fin. cas. 50. vers. Primum quia in d. Constit. Turrecrem. in c. Si quis, nu. 2. & ibi Præposit. n. 2. vers. potest responderi. distinct. 53.*
- Quod autem materia subiecta sic postulet ex eo convincitur, quia Summi Pontifices, dum concedunt Ecclesiis sæculares pro Titulo Cardinalium, quibus inserviunt Canonici, & Presbyteri sæculares mandant Canonici, & Capitulo, & aliis Presbyteris ratione dictarum Ecclesiarum subditis, ut dicto Cardinali pareant, & obediant. Ubi non sunt Canonici, mandant quibusvis Personis ratione dictarum Ecclesiarum subiectis, ut ex Bullis Titulorum sancti Marci, sanctorum Quirici, & Julitæ, sancti Joannis ante portam Latinam, & in aliis similibus; quando verò concedunt Ecclesias in Titulum, quibus inserviunt Regulares, mandant Guardiano, & Fratibus Domus Regularis, vel Superiori, & Conventui, ut pareant, & obediant, &c. ut patet ex Bulla Diaconæ sancti Georgii in Velabro, Tituli sanctæ Mariæ in Via, & aliis similibus, ex quo manifestè insurgit, Summos Pontifices Clericos sæculares, ac Regulares pariformiter in subiectione determinare.
- Et propterea licet Sixtus V. solum mentionem fecerit de Clericis, subiecta materia exigit, ut etiam de Regularibus debeat intelligi, ut bene *Felin. loc. cit. Anton. loc. cit.* Præsertim quia sumus in materia favorabili, non odiosa; Nam ex quo Ecclesia sanctæ Mariæ in Via est subiecta pleno Jure Cardinali Titulari, res est reverte ad primævum Statum, hoc est ad jus commune, quo Regulares inservientes dictæ Ecclesiæ subiecti sunt Ordinatio *Lisimus §. Pactus ne peteret in fin. ff. de Pact. Gloss. in c. 3. in verb. Numerandum de præ-*

ben. in 6. Felin. in cap. Cum accessissent nu. 5. 6. & 30. de Constit. Rot. decis. 457. par. 1. divers. Gonzalez ad Reg. 8. §. 1. Probem. nu. 47. & rursus §. 6. nu. 28. & 30. ubi quod ad cognoscendum, An materia sit favorabilis, vel odiosa, est inspicienda ratio probemialis, & num. 31. ait, quod si legislator principaliter est motus ob favorem, actus est favorabilis, licet secundariò redundet in odium alterius. Rota dicta decis. 437. nu. 1. & 2.

Quod autem erectio Ecclesiæ in Titulum Cardinalium sit favorabilis non solum ipsimet Cardinalibus, sed & Ecclesiis Titularibus, patet ex verbis Bullæ Sixti V. §. 1. vers. Nos antiquæ pietatis, & §. 12. vers. Sic igitur. Ea enim, quæ ibi statuit Summus Pontifex tendunt in utilitatem dictæ Ecclesiæ, & propterea materia est favorabilis. *Abb. in c. Nihil in princ. de elect. Caputaquen. decis. 215. n. 6. & 202. n. 4. lib. 3. Gonzalez d. §. 6. num. 34.*

Eò maxime, quia assignatæ sunt Ecclesiæ Titulares Eminentissimis Cardinalibus, qui dicuntur Pars Corporis Papæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Filius Apostolici muneris functione, atq; in universa Republicæ Christianæ administratione præcipui Summi Pontificis Consilarii, ut ait idem Sixtus V. d. *Constit. §. 1. vers. Quod quidem* nec datæ illis, de quibus Io. Monachus in c. Cum ex eo num. 1. & ibi Probos apte num. 2. de *Elect. in 6. relat. à Gonzalez d. §. 6. Probem. num. 33.*

Sed quicquid sit, an actus sit favorabilis, vel odiosus, sumus extra difficultatem, quia expressè Summus Pontifex mandat Superiori, & Conventui sanctæ Mariæ in Via, ut pareant, & obediant Titulari, quo casu sicuti Papa potest concedere exemptionem, ita illum tollere potest, cum hoc refideat in ejus arbitrio, *Cochier. de Jurisdic. in exempt. par. 3. quæst. 1. numer. 1. 2. & 3.*

Et quod Papa quotidiè tollat exemptiones Regularium testatur & ipsa praxis, quamvis titulo oneroso concessæ prætendantur. Alviset. in Murenula aurea *sect. 1. c. 8. §. 2. art. 1. n. 35.*

Vanum est autem dicere, quod mandatum factum à S. mem. Innocentio X. Superiori, & Conventui sanctæ Mariæ in Via, ut obediant Cardinali Titulari, sit in parte executiva Diplomatis; Illud enim esse in parte dispositiva, & substantiali aptè patet ex leæura ipsius Diplomatis; Nam Summus Pontifex committendo Regimen, administrationem, & curam dictæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ in Via Cardinali Titulari, cui Ecclesiæ inserviebant Fratres Servorum in necessariam consequentiam, eorum obedientia erga Titularem requirebatur. Et propterea dictum mandatum non respicit executionem extrinsecam, sed intrinsecam, & substantialem *Rota decis. 642. nu. 6. & 7. part. 1. in recent. sed melius in decis. 286. num. 7. vers. Sed negabant. par. 3. recent.* ubi quod non dicitur clausula posita in executivis, quando est posita immediatè post perfectam dispositionem ut in casu nostro, & in aliis decisionibus relatis à Marta de *Clansul. p. 4. clausul. 20. Gratian. discept. 609. à n. 8.*

Nec facit ad rem intellectus datus ex adverso dictæ clausulæ, scilicet, quod Fratres non impediant Cardinalem Titularem in exercitio jurisdictionis, quæ illi competit in dicta Ecclesia, non autem adversus illos. Quia Innocentius X. non dicit, quod non impediant, sed quod obediant, & pareant; Nullo enim casu possunt dicti Fratres impedire Cardinalem Titularem, ne exerceat omnimodam jurisdictionem in Ecclesia prædicta sibi pleno jure subiecta, sed debet intelligi, ut Fratres obedientiam præstent Titulari in his quæ spectant ad cultum Divinum, & servitium Ecclesiæ.

Ecclesie, cui sunt additi, quæ obedientia debet esse perfecta, & pura ab omni fæce imperfectionis, ut est illa, de qua in *Gloss. distinct. 93.* quæ consistit in tribus, nempe in exhibendo reverentiam, mandato suscipiendo, & iudicium subeundo, ut notat *Geminian. d. distinct. 93. in princip.* & habetur in *c. 3. & in c. illud, & in c. His qua de Majorit. & Obedient. cum aliis per Benedictum Pereyram in sua Academia sive Repub. Li. teraria lib. 5. tit. de Re flore n. 713 & 715.*

Ex his remanet absoluta secunda quæstio.

SUMMARIVM

Tertiæ Quæstionis.

- 1 Breve Leonis X. Fratribus Servorum concessum evanuit, ac Ecclesia sancta Maria in Via status est immutatus per erectionem in titulum, & num. 4.
- 2 Titulus Cardinalitii dicuntur vacare, ac unio facta per Leonem X. Conventui Fratrum Servorum extincta & de unio effecta est collativa & vacabilis.
- 3 Erectio Ecclesie in Titulum dicitur novum corpus cum novo Præsule, ideoque male inferitur de corpore antiquo ad novum, ne datur monstrum quod in una Ecclesia ad sint duo sponsi.
- 5 Conclusio quod erectio in titulum censetur facta sine præiudicio tertii quomodo intelligenda, & nu. 6.
- 7 Declaratur in quibus titulis Constitutio Sixti V. de Titulorum præfinitione præservet jus tertii.
- 8 Eadem Sixtina Constitutio, an deroget aliis Constitutionibus Apostolicis circa privilegia Regularium

TERCIA QUÆSTIO.

AN saltem vigore Brevis Leonis X. qui concessit dictam Ecclesiam Fratribus, illam subtrahendo à jurisdictione Cardinalis Titularis sancti Marcelli possint dicti Fratres privilegio prædicto se tueri.

Et negativè pariter est resolvendum, quia dicta Ecclesia post Concessionem Leonis X. erecta fuit in Titulum Cardinalitum à Julio III. & propterea Cancellio Leonis evanuit; Tum quia immutatus est dictæ Ecclesie status, de Regulari enim effecta fuit secularis, unde immutatum est jus prius, & illius effectus. Seraphin. decis. 1445. n. 7. Penia decis. 1058. n. 11. ubi de simili Privilegio Leonis X.

Tum quia de unio facta fuit collativa, & vacabilis, Tituli enim Cardinalitii dicuntur vacare, *Butr. in c. His qua in 1. notab. & ibi Pagnanus n. 27.* Et ideo extincta fuit unio dictæ Ecclesie per Leonem X. facta dicto Conventui Fratrum Servorum. *Greg. XV. decis. 77. n. 3.* Nihil enim tam repugnat unioni, quam status collativus. *Gregorius XV. decis. 112. nu. 3. Tondus. allegat. Canonico. tom. 2. par. 3. cap. 156. n. 9.* & per consequens dicta Ecclesia non potest dici amplius de Mensa Conventus e. *Cum accessissent de Constit. Clementin. un. §. Quidam etiam, & ibi Vitalin. nu. 82. de Exceptib. Pralat.*

Tum quia per erectionem dictæ Ecclesie in Titulum Cardinalitium formatum est novum corpus cum novo Præsule; Ideo dictum Breve Leonis dictis fratribus suffragari nequit. *Hosien. in c. cum inferior nu. 12. & ibi, 10. Andr. Gloss. ad fin. Cardinal. nu. 1. quæst. 10. Butr. n. 12. Bellemer n. 8. de majorit. & Obed.* quos refert, & sequitur *Rota decis. 313. n. 4. par. 4. recent. ubi n. 3. dicit,* quod male inferitur de corpore antiquo ad novum. Est enim Monstrum, quod in una Ecclesia sint duo capita *Rot. decis. 54. post Tamburinum de Jur. Abbatum tom. 3.*

Et proinde cum dicta Ecclesia quæ prius unio erat Conventui, & Regulari exstebat, per erectionem *Card. de Luca de jurisdict. & foro compet.*

in Titulum effecta fuerit vacabilis, & secularis, Breve Leonis, & Privilegia priori illi statui concessa non possunt fratribus amplius suffragari *Gratian. discept. 458. n. 9. 10. & 11. Rota d. decis. 313. n. 5. in fine.*

Non obstat, quod dicta erectio intelligatur facta sine præiudicio Tertii, tam de Jure, quam ex Constitutione Sixti V. §. 10. quia quod attinet ad jus commune, jam dictum fuit in disceptatione nu. 83. quod dicta clausula intelligitur de alio præiudicio, quam de expresso.

Uterius dicimus, quod debet intelligi de præsertione juris compatibilis cum erectione, non autem de compatibili, & continente manifestam contradictionem, quale esset si post erectionem duraret adhuc concessio Leonis, *Seraph. decis. 1445. nu. 4. & 5. Ad. den. ad Butr. decis. 576. num. 13. & ad dec. 2. n. 286. & seq. par. 3. rec.*

Constitutio autem Sixti V. non solum non prodest fratribus sed omnino nocet, Nam distinguendum est inter Ecclesias Titulares antiquas, & de novo erectas, Quoad antiquas nullum fuit præservatum jus tertii, sed simpliciter in decem de novo ab ipso Pontifice erectis, ut habetur disertis verbis in dicta Constitutione §. 10. Et propterea quicquid sit de novis Titulis, ceterè quoad Ecclesiam S. Mariæ in Via, quæ est de antiquis, si non de antiquissimis clausula illa non porrigitur, ut in puncto *Pasqualig. in quæst. moral. Jurid. qu. 127. per totam, & præsertim n. 8.* Quæ Constitutio Sixtina cum in §. 11. verbis rotandis deroget Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum supradictarum, & aliarum quarumcumque, nec non ordinum, Juramento Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, ac litteris Apostolicis, illis, ac quibusvis aliis Personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, omnem tollit difficultatem, quia ut videbimus in quæstione nona, prædicta Derogatio sic amplissimis, & expressis verbis facta tollit omnia, quæ in contrarium adducuntur.

SUMMARIVM

Quartæ Quæstionis.

- 1 Consuetudo quod Monasterium non sit subiectum titulo Cardinalis debet aliunde probari quam parvis assertione.
- 2 Pontificis assertio non probat consuetudinem negativam Titularium.
- 3 Pontificis enunciatio non emanata motu proprio, & circa factum alienum non probat, præcipue stante tertii præiudicio.
- 4 Ecclesia non venit appellatione monasterii nisi sit incorporata eidem Monasterio tanquam pars integralis.
- 5 Consuetudo negativa Titularium etiam in futurum sublata per constitutionem Sixti V. & per diploma Titulorum cum decreto irritanti.

QUARTA QUÆSTIO.

AN fratribus Servorum Ecclesie Sanctæ Mariæ in Via intervenientibus astitat præsentia consuetudo deducta ex c. *Dilectus de Cappellis Monach.*

Et negativè est resolvendum; Nam ultra responsiones datas in *discept. à nu. 105.* quæ non bene evacuatur ab Adversariis dicimus ex eo Textu non probari assertam consuetudinem. Quia illa verba, & generaliter servatur in Urbe, ut nullum Monasterium Titulo sit subiectum, non sunt Verba Pontificis, sed partis litigantis, cujus assertio non statuit, sed det

bet consuetudo aliunde probari ab illo, qui illam allegat, *Dec. conf. 402. n. 11. Pactan. de probat. lib. 2. cap. 27. n. 14. Rota in plurib. Decis. relat. in decif. 15. n. 21. par. 11. recent.*

Immo si essent verba Pontificis, assertam consuetudinem non comprobarent, ut in puncto de subjectione dixit *Rota decif. 239. n. 18. part. 8. recent.*

Verba enim enunciativa Papæ, cum non sint emanata motu proprio, nec contineant factum proprium, non probant enunciatum, *Clement. fin. de sent. Excomm. Paris. conf. 128. num. 22. lib. 4. cum aliis per Rotam decif. 197. nu. 70. & 71. par. 5. recent.* Et præsertim cum concernerent interesse partis, *Caputaq. decif. 337. n. 5. part. 3. Rota decif. 147. n. 72.*

Sed quod tollit omnem difficultatem est, quod Papa, non obstante allegata præterita consuetudine pro parte Ecclesiæ Sancti Laurentii in Piscinula, tulit sententiam assertæ consuetudini contrariam; condemnavit enim dictam Ecclesiam Sancti Laurentii, quæ erat Monasterium Monialium ad recognoscendum Ecclesiam Sanctæ Cæciliæ Titularem in Baptismo, & Scrutinio, ut patet ex Textu. Ibi, Nos igitur, auditis propositis, Oeconomum Sancti Laurentii Sindico vestro condemnamus in Baptismo, & Scritinio.

Sed quicquid sit etiam quod per prædictam assertam consuetudinem exemptum fuisset Monasterium à Jurisdictione Cardinalis Titularis, nihil ad rem nostram, cum hodie non tractetur de acquirenda jurisdictione in Monasterium, sed de ea conservanda in Ecclesia à Monasterio separata, & sejuncta, quæ appellatio Monasterii non continetur *Gloss. not. in Clement. 1. verb. Monasterii de Elect. Duran. decif. 92. n. 12.*

Nam tunc appellatio Monasterii venit Ecclesia, si incorporata sit Monasterio & sit pars integralis Monasterii, ut dicunt Doctores allegati ab Adversariis.

Et propterea cum Ecclesia S. Mariæ in Via non sit incorporata Conventui, sed tanquam membrum separatum sit pleno jure subiectum Cardinali Titulari, non cadit sub exemptione Monasterii *Uald. de Can. Episc. c. 4. quæst. 8. n. 2. & 3. Gratian. discept. 282. n. 39.*

Cæterum licet hæc asserta consuetudo possit sustineri, nihilominus per Constitutionem Sixti V. & per diplomata Titulorum fuit sublata, quæ, cum habeant Decretum irritans, inficiunt omnem contrariam consuetudinem, non tantum præteritam, sed etiam futuram, *Felin. in c. Cum accessissent de Constitut. vers. quarto l. m. u. Ruin. conf. 13. n. 13. lib. 2. cum aliis per Rotas decif. 31. n. 24.*

S U M M A R I U M

Quintæ Quæstionis.

- 1 **P**rescriptio, subditi adversus superiorem non currit, & n. 7. ubi de ratione.
- 2 Et si datur an quoad jura Episcopalia, & de ratione ob quam non intrat quoad reverentiam & obedientiam.
- 3 Non datur ubi ex ea sequeretur absurdum, & n. 4. ubi neque ex immemorabili.
- 5 Abbati datur adversus Episcopalem jurisdictionem ex Papa privilegio.
- 6 Item præscribere potest Abbas aliqua jura Episcopalia ubi Cappellas habet sibi subiectas.
- 8 Interrumpitur prescriptio Jurisdictionis Titularis ex nova vacatione ac Titulorum provisione adversus quancumque consuetudinem & contrarium usum.

QUINTA QUÆSTIO.

AN fratres Servorum inservientes Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via possint se tueri aliqua prescriptioe adversus Jurisdictionem Cardinalis Titularis. Patitur est negativè resolvenda.

Firmato enim, quod dicti fratres subditi sint Cardinali Titulari, nec juvari possint aliqua exemptione, inanis est exceptio prescriptionis, cum subditi adversus Superiorem non præscribat; Textus est rotundus in *c. Cum liceat de Prescriptione*. ubi Summus Pontifex mandat Prioribus, Monasteriis de Costa, & de Donato, quod reverentiam, & obedientiam exhibeant Archiepiscopo Bracharen, prescriptione temporis non obstante, eo quod nonnullæ Ecclesiæ dictorum Monasteriorum erant in Dicecesi dicti Archiepiscopi, & ibi *Gloss. in verb. Non obstante*, enumerat casus, in quibus subditi non possunt præscribere contra Superiorem.

Nullam autem aliam jurisdictionem præterimus, nec præterunt Cardinales Titulares, quam obedientiam, & reverentiam à fratribus inservientibus Titulis in his, quæ spectant ad cultum, & servitium Ecclesiarum Titularium.

Non obstat, quod Jura Episcopalia possint præscribi, quia non negamus, aliqua Jura Episcopalia posse præscribi, sed nullo modo obedientiam, & reverentiam, quæ si possent præscribi, & juri publico nocerent, & confusionem parerent *argum. L. ultimam ff. de usufructu cum aliis per Barbof. d. c. Cum non liceat nu. 3. vers. ex hoc Textu.*

Nocerent autem Juri publico, si possent præscribi obedientiam, quia jus publicum consistit in obedientia subditorum *c. ult. verb. Obedientia. 18. q. 1. Confusionem & inordinationem pareret, si obedientia præscriberetur, quia membrum suo capiti non obtemperaret. Barbof. loc. cit. & Fermosin. d. c. Cum non liceat n. 6.*

Figamus ergo, quod Cardinalis Titularis per se, vel per suum Vicarium mandet Parocho, ut visitet infirmos, non sit negligens in administratione Sacramentorum, ut Concubinos expellat, vel separet, & quid simile. Sacrificæ, ut reddat rationem reddituum Sacrarum ad Ecclesiam spectantem, Oeconomus, vel Sindico, de redditibus Ecclesiæ. Confessariis, ut sint solliciti in audiendis Confessionibus. Concionatori, ut Conciones habeat stans diebus, Generalis autem id omnino prohibeat, vel sua auctoritate ea mandet fieri, præta illa Cardinalis Titularis sicut sprevit. Quis unquam sanæ mentis dicere poterit ea facere potuisse sub prætextu, quod præscripserit adversus obedientiam debitam Cardinali Titulari? Nonne ex his articulis erit turbatum Bonum publicum, & omnia ad confusionem, & perturbationem redacta? Et hoc est illud monstrum, quod daretur, si in ea Ecclesia veluti in uno Corpore essent duo Capita, quod non solum Jus respuit, sed Natura abhorret; Unum enim scilicet Caput auctoritate ordinata, alterum consuetudine, vel prescriptione. *Hofstien. in c. Cum contingat num. 1. de foro compet. & in c. Quoniam num. 2. de offic. ordin. Datur enim non potest consuetudo, vel prescriptio, quod faciat possibilia hujusmodi duo capita in eadem Ecclesia, ut notat Butr. in d. c. Cum contingat nu. 11. Bellam. nu. 15.* Quia esset consuetudo, & prescriptio irrationabilis circa ea, quæ nec consuetudine immemorabili præscribi possunt. *Gabriel de Prescript. conclus. 1. num. 8. & 36.* & ita doctissime ratiocinatur, & relolvit Rota omnino videntem in Constantien. Jurisdictionis coram Ortenbergo *registr. post 3. volum. Tamburin. de Jur. Abb. in ord. 55. n. 13. usq. ad 17.*

Non obstat Textus in *c. Cum olim de Prescript.* quem magni faciunt Adversarii.

Quia Abbas, de quo in Textu, habebat Privilegium Pontificum, per quod liberabatur à Jurisdictione Episcopi Plebs Salmazanæ, & aliæ Cappellæ, & super hujusmodi Privilegio fundabatur prescriptio, quæ absque illo non valuisset, ut notat additio ad illum Textum, in *verb. Dnas. Gloss. in d. c. Cum non liceat in verb.*

Non

Non obstat. in fin. vers. sed ibi habuit Privilegium, ratione cuius præscripsit *Fagnan. in d.c. Cum olim num. 46. & 47.*

Secundo ille Textus habet locum, quando Abbas habet Cappellas sibi subiectas, in quibus potest præscribere aliqua Jura Episcopalia, ut notat *Anan. in d.c. Cum olim n. 1. Alexand. de Novo n. 1. Zabarell. in cap. Auditis n. 6. de Præscript.*

At in casu nostro Fratres Servorum nullum habent privilegium, quia quod habebant, evanuit per erectionem dictæ Ecclesiæ in Titulum, nec Ecclesiæ, nec Cappellas sibi subiectas.

Tertio dictus Textus procedit in illa præscriptione, per quam obedientia ab Episcopo transfertur in Romanam Ecclesiæ, cui Monasterium se subjecerat; At in casu nostro Superior Conventus Sanctæ Mariæ in Via non potuit præscribere, ut obedientiam transferret ad Romanam Ecclesiæ, quia Romana Ecclesiæ, & ejus Caput Summus Pontifex illam obedientiam, quam sibi Fratres tanquam exempti debebant, transtulit in Cardinalem Titularem, nec eam sibi reservavit, undè si daretur præsentia præscriptio, dicti Fratres remaneret Acephali, & sine Capite, quæ ratio potissima est cur præscriptio non competat subditis adversus Superiorem, ut notant *Barbos. & Fermo. in d.c. Cum non liceat. ille n. 3. iste n. 8.*

Nec dicatur Fratres inservientes dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via transtulisse obedientiam in Generalem, quia Generalis in illa Ecclesiæ est subditus Cardinali Titulari; Nomine enim Superioris continetur tam mediatus, quam immediatus Superior.

Sed quod tollit omnem difficultatem est, hic nullam posse considerari præscriptionem, quia ex qualibet vacatione Titulorum, & nova provisione interruptur præscriptio, Nam ex nova provisione reviviscit Jurisdictio Cardinalis Titularis adversus quamcumque consuetudinem, contrarium usum, & præscriptionem, & ad pristinum statum reducit, & ab omni præjudicio vindicatur. *Roder. quæstion. Regul. tom. 1. quæst. 8. art. 4. in fin. vers. Deficit etiam in hoc casu præscriptio, usque ad fin. cum aliis per Rotam dec. 33. num. 26. p. 10. recent.*

SUMMARIUM

Sextæ Quæstionis.

- 1 Jurisdictionem Episcopalem Cardinales Titulares habent de jure communi, non autem ex consuetudine in eorum Ecclesiis, & n. 2. & 3. ubi de distinctione inter Cardinales, & simplices Plebanos jurisdictionem habentes ex consuetudine
- 4 Cardinales Titulares habentes jurisdictionem in Cappellis Titulo subiectis, multo magis illam habent in eadem Ecclesia Titulari, & n. 5.
- 6 Jurisdictio quasi Episcopalis Cardinalibus Titularibus collata à Sixto V. intelligitur proportionabiliter quoad Cardinales non Episcopos, & n. 7.
- 8 Cardinales Titulares in suis Ecclesiis sunt Episcopi istorum loco habentur quoad jurisdictionem, & Episcopalia, & quid si non sint Episcopi.
- 9 Reprobatur opinio Bellarmini, & firmatur Cardinalis, in suis titulis non esse adinstar Parochorum, & Episcopo subiectos, sed pinguis jus habere quam Plebani, ubi de commun. Canonistarum.
- 10 Declaratur Constitutio Gregor. XIII. quomodo intelligenda circa jurisdictionem Episcopalem quam Cardinales habent in suis titulis.

SEXTA QUÆSTIO.

AN de Jure communi, vel solum ex consuetudine habeant Cardinales in suis Titulis Jurisdictionem Episcopalem.

Card. de Luca de jurisdict. & foro compet.

Et de Jure communi illam habere, non autem ex consuetudine solvendum est. Nam quamvis ex adverso scribentes prætendant ex Doctrina Innocentii in c. *Dilectus de Cappell. Monach.* probare illam habere ex consuetudine; Doctrina tamen Innocentij nec bene intellecta, & imminutè allegata.

Dubitat ibi Innocentius, An Sacerdotibus in Plebe seu Ecclesia Parochiali existentibus competat de Jure communi facultas baptizandi, & alia Parochialia exercendi, respondet, quod ignorat, ubi sit istud Jus commune; Nam licet Parochiani cujuslibet Ecclesiæ à proprio Sacerdote debeant baptizari, & alia Sacramenta, quæ ipsi conferunt recipere. Quod tamen Sacerdotes hoc debeant, hoc non invenio inter Jura Parochialia, nisi specialis consuetudo introducat, supra de *Majorit. & Obed. His qua, &c.* Hæc sunt verba præcisè Innocentij, ex quibus non rectè inferitur, non competere de Jure communi Cardinalibus in suis Titulis Jurisdictionem Episcopalem. Non enim potest argumentari à Sacerdotibus in Plebania degentibus ad Cardinales Titulares. Et propterea Innocentius diminutè, ut dixi allegatus resolvendo quæstionem; An Jus exercendi Parochialia competat Plebanis de jure communi n. 4. Subjungit, sed potest dici illud (Jus commune) obtinere in Titulis Cardinalium, qui habent pinguis Jus, quam Plebani.

Sed clarius hoc declarat Cardinalis Zabarella *conf. 65. num. 1.* ubi quod Textus in d. c. *Dilectus* non habet locum in Titulis Cardinalium, quia ibi Cardinales fundant intentionem de Jure communi, in alius verò Titulis Plebanatum attendendam esse consuetudinem.

Vanum est ergo dicere, quod Cardinalis Titularis Sancti Laurentii in Damaso, de quo in c. *His qua de Majorit. & Obed.* obtinuerit in eo Titulo Jurisdictionem à consuetudine, & propterea non sit extendenda ad alios Titulos, cum certissimum sit ex supra traditis, Cardinales Titulares fundare suam Jurisdictionem in Jure communi, non in consuetudine, quod & voluit *Felin. in d. cap. His qua. num. 1. vers. & dicit Cardinalis*, ubi sequitur Consilium Cardinalis Zabarellæ, & ejus doctrinam in c. *Venerabilis de Exceptis* dicentis quod Plebanus non fundat intentionem suam in Cappellis de Jure communi, nisi Ecclesia Matrix, esset Titulus Cardinalis, quam doctrinam explicat, & sequitur *Fagnan. in d. c. His qua. n. 38.*

Nec obstat quod Honorius III. in d. cap. *His qua;* non loquatur de Jurisdictione, quam habent Cardinales in suis Titulis, sed de ea, quam habent in Cappellis sibi subiectis, ut dicunt Adversarii ducti Auctoritate *Mandosi in reg. 7. Cancell. quæst. 2. numer. 1. circa fin. vers. Verum quia. d. c. His qua;* Nam Honorius III. in d. c. enumerat, quæ spectant ad Jurisdictionem Cardinalis Titularis S. Laurentii in Damaso in Cappellis subiectis Titulo. Quæstio enim tunc erat de Jurisdictione Cardinalis Titularis in Cappellis subiectis Titulo, non autem in Ecclesia Tituli. Undè non mirum, si non meminit de Ecclesia Titulari, sed de Cappellis; frivolum ergo, ne dicam, ridiculum est argumentum. Cardinalis habet Jurisdictionem Episcopalem in Cappellis subiectis Ecclesiæ Titulari, ergo non habet eandem in Ecclesia Tituli, sed bene valet argumentum à contrario. Cardinalis habet Jurisdictionem in Cappellis subiectis Titulo, ergo multo magis illam habet in Ecclesia Titulari, à qua Cappellæ dependent in puncto *Rota dec. 233. n. 14. par. 1. divers.*

Hinc omnes Canonistæ, nemine dempto inferunt ex dicto Textu, Cardinalem in suo Titulo, & in Cappellis Titulo subiectis habere Jurisdictionem Episcopalem.

lem, sic Abbas ibi *num. 1. vers.* Secundo nota, quod Cardinalis in Titulo suo, & in Ecclesiis subiectis Jurisdictionem Episcopalem habet. *Felin. ibidem num. 1. ibi.* Cardinales habent in Titulis suis, & Ecclesiis sibi subiectis Jurisdictionem Episcopalem, & novissimè. *Fagnanus ibid. n. 15. vers.* Quia nota Cardinalem habere in suo Titulo, & in Ecclesiis Titulo subiectis Episcopalem Jurisdictionem. Et quamvis *Mandof. loc. cit.* incidenter dicat, quod in dicto textu agitur solum de his, quæ potest Cardinalis Titularis in Cappellis sibi subiectis, non autem in Titulo; Nihilominus quando ex professo tractat quæstionem circa Jurisdictionem, quam habent Cardinales in Titulo *num. 10.* dicit. Quantum verò attinet ad Cardinalium Titulos, sive ad Ecclesias Titulares, omnes concludunt, eos habere Jurisdictionem Episcopalem, & quidem optima ratione. Nam ea omnia, quæ enumerat Honorius in *d. c. His quæ spectant ad Jurisdictionem Cardinalis Titularis*, sunt eadem, quæ idem Honorius refert, & enumerat in *c. Conquerente de Offic. ordin. spectant ad Jurisdictionem Episcopalem*, & ibi *Gloss. in verb. Canonica* dicit hic benè specificantur Jura Episcopalia. *Butr. ibid. nu. 1. ait*, quæ sunt Jura Episcopalia declarat, & inferius *num. 9.* Nota secundò, hic per ordinem enumerantur Jura Episcopalia, quæ quilibet Episcopus habet in Ecclesia sibi subiecta, etiam dato quod alteri Prælati sit subiectus, *Fagnan. ibid. num. 11.* Nota ex integro contextu Jura Episcopalia hic per ordinem enumerari, quæ competunt Episcopis de Jure communi in Ecclesiis seu Cappellis Diæcesis suæ, etiam subiectis inferiori Prælati Sæculari, sive Regulari. Cum ergo Jura, quæ enumerantur in *d. c. His quæ sunt eadem*, quæ referuntur in *d. c. Conquerente*. Nulli dubium, de Jure communi, non autem ex consuetudine, Cardinales in suis Titulis habere Jura Episcopalia.

Hinc videre est, quàm fœde erraverint ex adverso scribentes, dum insudarunt in ostendendo Jurisdictionem Cardinalis Titularis non esse Episcopalem, sed solummodò, quasi Episcopalem, & hanc controversiam sublatam fuisse à constitutione Sixti V. & à Decreto Gregorii XIII. Nam quod attinet ad Constitutionem Sixtinam, certum est, illam non fuisse editam ad dirimendam hanc controversiam, sed ad præfiniendos Titulos Cardinalium, & licet in Proëmio dictæ Constitutionis Sixtus incidenter dicat prædictas Ecclesias auctoritate quasi Episcopali regendas. Cum tamen eas erexerit cum honoribus, insigniis, & Privilegiis, & auctoritatibus debitis, & consuetis, ut in §. 2. dictæ Constitutionis, non videtur sustulisse Jura Episcopalia, quæ de Jure communi competunt Cardinalibus in dictis Titulis, sed dicendum est, Sixtum, singula singulis referendo, intellexisse de Cardinalibus Presbyteris, & Diaconis, qui si non sint Episcopi, Jus Episcopale formaliter habere non possunt, sed quasi Episcopale, & expressè deducitur ab Auctoribus, qui post Sixtinam Constitutionem scripserunt in hac materia relati in *discept. num. 33. & 34.* sed pro omnibus sufficit *Fagnan. qui in d. c. His quæ*, asserit, Cardinales in suis Titulis, & in Ecclesiis Titulo subiectis Jurisdictionem Episcopalem habere, qui cum sit modernissimus Auctor, & Præsul eximius Canonista, & practicus eorum, quæ in Curia gesta sunt, non esset ausus hoc dicere, si Sixtus difficultatem sustulisset; immò verba Constitutionis explicat *ibid.* ut quasi Episcopalem Jurisdictionem habeant Cardinales Presbyteri, & Diaconi, qui cum non sint Episcopi, non possunt habere potestatem, quæ annexa est Ordini Episcopali, sed in cæteris totam habent Jurisdictionem Episcopalem. Nec Sixtus ullam mentio-

nem fecit de Constitutione Pauli IV. relata in *disceptat. nu. 32.* in qua litteris rotundis ille Pontifex asserit Cardinales in suis Titulis habere Jurisdictionem Episcopalem, quæ assertio cum fuerit facta per modum causæ, & cum dictione, Cum, quæ æquipolet dictioni, Quia, reddit certam, & indubitam assertionem *Rota decis. 411. n. 2. part. 4. in recent.*

Explicatio autem Bullæ Pauli IV. deducta à Baldello, nedum frivola est, sed ridicula, Nam adversarij illum allegant in *Theolog. Moral. tom. 1. tit. de Potest. Legistat. quest. 50. sect. 9.* quem locum in meo Codice non reperi, benè vero Baldellum in *tract. de leg. lib. 5. disp. 5. n. 25.* habere hæc verba.

Denique quoad alios Prælatos, qui dicuntur habere Jurisdictionem quasi Episcopalem, ut sunt, verbi gratia, Cardinalis in suis Titulis, ut expressè habetur in Bulla Pauli IV. Cum Venerabilis, quæ est de Decanatu Cardinalium. Sed malè Constitutionem prædictam Baldellus allegavit, cum expressè in ea dicatur Jurisdictionem Episcopalem, non quasi Episcopalem, unde in summario in margine dicti numeri apposito habetur, Cardinales in suis Titulis habent Jurisdictionem Episcopalem, & possunt condere leges; Idem eisdem verbis reperitur in Indice dicti Tomi in verbo *Cardinalis*. Et propterea dicendum est Baldellum errasse allegando pro Jurisdictione quasi Episcopali Cardinalium dicti Pauli IV. Constitutionem, in Summario, & in Indice errorem suum emendasse.

Et ex his intelligitur, quàm malè ab Adversariis reprehendatur doctissimus Moneta de *Conseruator. c. 7. numer. 34.* qui potius erat commendandus. Cum enim potuisset sequi opinionem Ananias, Imolæ, Fagnani, & aliorum, qui in *d. c. His quæ*, asserunt Cardinales etiam non Episcopos habere Jurisdictionem Episcopalem in suis Titulis, & Cappellis sibi subiectis, voluit moderatius loqui tribuendo Jurisdictionem Episcopalem Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, qui sunt Episcopi, quasi Episcopalem verò iidem Cardinalibus, qui non sunt Episcopi, quæ distinctio prius fuit Baldi in *d. c. His quæ*, ubi dixit, quod omnes Cardinales in omnibus Ecclesiis sibi subiectis habent Jurisdictionem Episcopalem, & tamen quæ sunt Ordinis Episcopalis non habent, nisi sint Episcopi. Baldus sequitur Imola in *Clement. Ne Romani in 4. quest. n. 2. de Elect. & Felin. in d. c. His quæ*, sequendo Imolam, dicit Cardinales in suis Titulis habentur loco Episcoporum, quoad Jurisdictionem, & quoad Episcopalia, si sint Episcopi, aliàs quoad Jurisdictionem tantum, Moneta sequitur *Fagnan. in d. c. His quæ n. 26.* Si ergo esset reprehendendus Moneta, deberent reprehendi Baldus, Imola, Felinus, & Fagnanus, qui absque nota temeritatis reprehendi non possunt.

Hinc enim patet, quam parùm modestè locuti sunt omnes ex adverso scribentes, dum conantur auferre omnem Jurisdictionem Cardinalibus in suis Titulis, eosque redigere ad simplices Parochos, qui solum baptizandi infantem, & sepeliendi mortuos, veluti vespilliones, facultatem habent, ducti auctoritate Bellarmini, & ejus sequacium, quos à mea disceptatione acceperunt *num. 39.* licet enim Cardinalis Bellarminus sit de Ecclesia Romana benemeritus, ejus tamen dicta in hoc proposito Antiquorum modestiam non imitantur, ut in simili dixit *Rota decis. 191. num. 13. in fin. p. 1. recent.* adversus opinionem P. Thomæ Sanchez viri alioquin Doctissimi, & Religiosissimi; Nam omnes Canonista nemine dempto in *c. Dilectus de Cappell. Monach.* asserunt Cardinales in suis Titulis habere pinguius jus, quam Plebani, sic *Do. Andr. 9. num. 9. Anan. num. 12. Anchar. num. 13. Hostien. nu. 3.* & hoc

& hoc dixerunt alii plures Doctores, nempe *Bellen-
cin. de Charit. subsid. quest. 3. Gomez. ad reg. Cancell. de
Trienn. qu. 31. pag. mibi 397. vers. Immo majus habent
Ormon. de Indult. Cardin. §. Tam ratione numer. 16.*
Sed qui expressè confundunt, & falsam reddunt opi-
nionem Cardinalis Bellarmini, Baronii & aliorum, sunt
Cardinales Host. & Zabarella disertissimi Canonistæ,
non Theologi, nec Historici, & qui superat omnes
Summus Pontifex Innocentius IV. in d. c. *Dilectus n.*
4. *vers. sed posset dici.*

Quo verò ad decretum, sive ad Declarationem
Gregorii XIII. idem dicendum, quod de Bulla Sixti V.
Non enim illa emanavit ad dirimendam hanc contro-
versiam de jurisdictione Episcopali, vel quasi, sed so-
lum ex ea deducitur Gregorium XIII. declarasse, quod
ea, quæ conceduntur à Concilio Tridentino, Episcopis,
nolle exerceri à Cardinalibus in suis titulis, ergo sunt
inferiores Episcopis, & non habent nisi jurisdic-
tionem quasi Episcopalem. Certè argumentum infir-
mum est. Quia Summi Pontifices declarant multa
non posse per Episcopos exerceri in sua Diocesi, ergo
non habeant in ea jus Episcopale. Quid absurdius?
Nonne reservatio unius, est preservatio quoad alia. *l.*
*Tribunus §. fin. ff. de Milit. Testam. Roia dec. 10. de re-
scrip. in antiq. Capita. q. decis. 75. num. 7. & 8. part. 3.
Gonzal. reg. 8. Gloss. 12. n. 23. Fagnan. in d. c. His qua
num. 10.*

S V M M A R I U M

Septimæ Quæstionis.

- 1 **V**ice Cancellario Sedis Apostolicæ credendum est de sibi dictis à Papa.
- 2 **A**mplia etiam in simplici Cardinali, tribus tamen concurrentibus.
- 3 **F**acultates extraordinaria Episcopis à Concilio Tridentino concessa competunt etiam inferioribus Prelatis.
- 4 **F**acultas à Concilio Tridentino concessa Episcopis in Parochos, an sit extraordinaria, vel ordinaria tanquam à jure communi emanata & n. 7.
- 5 **E**xemptio Regularibus concessa non comprehendit Parochos animarum curam exercentes in Ecclesiis Episcopo subiectis.
- 6 **E**piscopus jure ordinario Regularium Ecclesias visitare non potest etiam quoad ea qua curam animarum respiciunt, si in illis Superiores Regulares omnimodam temporalem & spirituales habeant jurisdictionem.

SEPTIMA QUÆSTIO.

Anstante decreto, seu declaratione Gregorii XIII. habeant Cardinales in suis Titulis jurisdic-
tionem circa ea, quæ spectant ad curam animarum.

Negant fratres Ludovici ea ratione, quia hæc est facultas extraordinaria concessa à Concilio Tridentino Episcopis, quam noluit Gregorius habere locum in Titulis Cardinalium.

Sed in primis negare possumus, extare hujusmodi decretum seu declarationem, cum de ea tententur solummodo Doctores particulares; Nam si Adversarii dictum Bonifacii VIII. impugnant, de quo fidem facit Joannes Monachus S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Vicecancellarius Sedis Apostolicæ, cui credendum est de sibi dictis à Papa. *Pus. decis. 220. lib. 1. in correct.* cum etiam simplici Cardinali credendum sit de his, quæ afferit sibi dixisse Pontificem, si tria concurrant; hoc est præsentia Papæ, nullum directè Tertio præjudicium, & quod asserta à Cardinali sint verissima. *Rota decis. 630. part. 4. rec. Duran. decis. 117. num. 5. Pus. decis. 3. in correct. lib. 1. ubi dicitur hoc procedere, ubi etiam tractatur de præjudicio Tertii, Viz. an. l. 1.*

de mandat. Princip. nu. 37. & 38. cum aliis per Dianam part. 2. tract. 2. resol. 31.

Quæ tria in Cardinali Monacho concurrisse certum est, præsertim quod attinet ad verisimilitudinem. Nam cum Honorius III. qui condidit Decretalem His quæ de Major. & Obedien. in qua conceditur Cardinalibus in Ecclesiis suorum Titulorum omnia, quæ spectant ad jurisdictionem Episcopalem, regnaverit anno 1216. Bonifacius verò anno 1294. cum is esset Summus Canonista, non solum verisimiliter sed verissime dicere potuit Joanni Monacho Cardinali in suis Titulis Cardinales habere jura Episcopalia, ductus auctoritate Honorii III. Antecessoris sui. Secundo dicimus quod non obstante dicta declaratione, sive Decreto Gregorii XIII. multi Doctores, qui post illud scripsere, nulla facta mentione de ea, tenuerunt, facultates extraordinarias à Concilio Episcopis concessas competere etiam inferioribus Prelatis sic *Henriquez, Rodriguez, Sanchez, Flores de Mena, Sair. Avila, Duarod, Moneta, Fr. Sigismundus à Bononia, & Tamburinus relati à Ciarrino controversi forens. cap. 208. nu. 47.* ubi testatur de communissima opinione. Idem tenet *Portellus, Dalvin, Pharas, Castropalao, Trullench, & Bosius relati à Barbosa. cap. 6. Sess. 24. de reform. sed in puncto Cardinalium tenet Moneta de Commutat. cap. 5. num. 453. Diana part. 5. tract. 2. resol. 59. vers. Unum liceat mihi.*

Nec est facienda vis in declaratione Sacrae Congregationis Concilii, quia cum de ea authenticè non confiteri juxta decretum san. mem. Urbani VIII. nullus est auctoritatis.

Sed demus quod de istis declarationibus legitime constaret; Ea facultas quæ conceditur à Concilio Tridentino Episcopis in Parochos exercentes curam Animarum in personas secularium in Ecclesiis Regularium non est extraordinaria, sed ordinaria, quia emanavit à jure communi, ut expressè colligitur ex Textu in 6. *Per exemptionem de privileg. in 6.* ubi exemptio concessa Regularibus non comprehendit Parochos curam animarum exercentem in suis Ecclesiis; is enim non obstante exemptione remanet semper subiectus Episcopo, ut notant Canonistæ. Idem habetur ex c. *Cum Cappella de Privileg. & in individuo habetur in c. sane 16. quæst. 2. & in c. 1. §. fin. de privileg. 6.* Et quod hæc facultas proveniat à Jure communi per dicta, & alia jura bene probat *Solorzanus de jure Indiar. lib. 3. cap. 17. num. 47. cum sequent. Marius Antonin. lib. 1. resol. 12. cas. 50. vers. non fuit autem dubitatum.*

Et quamvis nonnulli velint, Episcopos non posse visitare jure ordinario Ecclesias Regularium, nec etiam quoad ea, quæ respiciunt curam animarum, id tamen habet locum in iis Ecclesiis, in quibus Superiores Regulares habent omnimodam Jurisdictionem Temporalem, & Spirituales, sic *Barbos. cap. 11. Sess. 25. de Regular. n. 6. Solorzan. loc. cit. n. 54.*

At in casu nostro Superior Regularis nullam habet jurisdictionem in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via, quia illa est plenariè subiecta Cardinali Titulati in Temporalibus, & Spiritualibus *Solorzan. d. n. 54. in fine.*

Præterea aliud est, quod Episcopus Auctoritate Ordinaria in Ecclesiis Regularium Jurisdictionem exercere non possit, aliud, quod illa auctoritas non descendat à jure communi; Nam primum evenit propter privilegia Regularium, sed non tollitur, per dicta privilegia, quod ea facultas non descendat à jure communi. Solum enim est suspensæ, & non ablata Auctoritas concessa à Jure Communi Episcopis per Regularium Privilegia. *Lotter de re benef. lib. 1. quæst. 24. num. 107.*

Et propterea cum facultas in Parochum Regularem Episcopis sit concessa à jure communi, non est, cur obstant, & Declaratio Gregorii XIII. & Sacrae Congregationis Concilii.

S V M M A R I V M

OCTAVA QUÆSTIO.

- 1 **P**ontifex potest in sua diœcesi Romana, sicut in aliis Episcoporum diœcesibus territorium separatum constituere.
- 2 Territorium separatum an dicatur à Papa constitutum per subjectionem Ecclesie alicui Pralato pleno jure.
- 3 Vicarius Urbis nullam in Ecclesiis Cardinalium Titularium habet jurisdictionem.
- 4 Cardinales Titulares in suis Ecclesiis possunt ea omnia exercere, quæ potest Episcopus in sua Diœcesi.
- 5 Constitutio Pauli II. tribuens Cardinali Vicario facultatem visitandi loca exempta, non se extendit ad Ecclesias Titulares Cardinalium egentes specialia mentione.
- 6 Declaratur quando procedat conclusio quod in dispositione generali comprehendantur etiam Cardinales.
- 7 Constitutio Julii II. subjiciens in genere Clericos Cardinali Vicario non comprehendit exemptos & alio superiori subiectos.
- 8 Observantia subsequuta cum Pralatorum negligentia an noceat successoribus, si prajudicium exinde proveniens tollatur per Principem vel superiorem & n. 12.
- 9 Observantia interrumpitur per actus contrarios.
- 10 In facultativis non datur prescriptio, consuetudo vel observantia, nisi constet de prohibitione vel acquiescentia.
- 11 Observantia æquivoca non inducit prescriptionem quando de bono jure in contrarium apparet, & de decreto irritanti & clausula sublata tollentibus omnem observantiam.
- 12 Ex actu negativo & non usu præsertim in facultativis inferri non potest ad actus contrarios impotentia in successores.

OCTAVA QUÆSTIO.

An possit dici quod Cardinales, quoad suos Titulos, & Populos sibi subiectos habeant in Urbe Territorium separatum, ut exinde potiri possint omnibus Prærogativis, quibus potiuntur Episcopi in suis Diœcesibus.

- Et affirmativè est resolvendum. Summus enim Pontifex potest tam in sua Diœcesi Romana, quàm in aliis Episcoporum Diœcesibus constituere Territorium separatum ad effectum de quo agitur. *Hostien. in c. Cum contingat. de foro compet. & ibi Buir. numer. 11. Abbas numer. 18. Bellamer. numer. 15. Rota decis. 46. nu. 6. & decis. 55. nu. 2. post 3. volum. Tamburr. de jure Abbatis.*

- Tunc autem dicitur Territorium separatum constitui à Summo Pontifice, quando Prælatis Ecclesiam, & loca pleno jure subijcit; Idem enim est habere proprium, & separatum Territorium, & habere illud pleno jure subiectum, *Gloss. in Clement. 1. in verb. Aut earum parti. de foro compet. Calderin. conf. 23. Rota decis. 165. n. 2. part. 4. Divers. & decis. 44. n. 5. post eundem tract. Tambur.*

- Hinc Vicarius Urbis nullam in Ecclesiis Cardinalium Titularium habet Jurisdictionem. *Manfred. de Cardinal. decis. 106. Paris. de Resignat. lib. 7. quæst. 12.*

Barbos. juris. Univers. Eccles. lib. 1. c. 4. nu. 37. Fagnan. in d. c. His quæ de majori. & Obed.

Et ideo poterunt Cardinales exercere ea omnia, quæ possunt Episcopi in suis Diœcesibus. *Germon. 4. de Indult. Cardin. §. Titul. nu. 6. Paris. de Resignat. lib. 3. quæst. 15. ferè per tot. Barbos. ad c. Abbates num. 2. de Privileg. in 6.*

Nec obstat, quod Cardinalis Vicarius vigore Constitutionis Pauli Secundi 1. Julii Secundi. 28. Pauli Tertii. 36. habeat Jurisdictionem in Populum subiectum Ecclesie Cardinalis Titularis, & petendè non habet Territorium separatum.

Quia Paulus Secundus sua Constitutione dat facultatem Cardinali Vicario visitandi Monasteria, & alia loca exempta, quæ facultas non potest extendi ad Ecclesias Titulorum Cardinalium, qui propter eorum excellentem dignitatem indigent specialia mentione. *Rom. conf. 498. num. 6. Felin. in c. Cum in lute sub. numer. 9. de offic. Deleg. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæst. 8. nu. 83.*

Et quamvis in dispositione generali comprehendantur Cardinales, si dispositio non sit odiosa odio irrationabili juxta opinionem Rotæ, de qua per Eminentissimum Otthobonum *dec. 257. per totam.*

Hæc tamen conclusio non procedit, quando tractatur de auferendo Cardinali Jus ei concessum intuitu Cardinalitæ Dignitatis, nam tunc nec in dispositione quacumque generali, nec in particulari generaliter concepta Cardinales comprehenduntur. *Mohedan. decis. 10. de Præbend. Germon. de Indult. Cardinalium verb. alioquin. à numer. 33. Lotter. loc. cit. sub num. 90.*

Etiam quod agatur de Confessione facta alteri Cardinali. *Verall. decis. 43. part. 2. quod admittit Rota in Firmana pensionis 26. Februarii 1625. & 23. Januarii 1625. coram Remboldo registr. post Vivian. de Jure patronat. in ordine 91. & 92. Lotter. loc. cit. numer. 91.*

Julius verò Secundus in sua Constitutione 28. subjecit Cardinali Vicario Clericos Urbis generaliter, quorum appellatione non veniunt Clerici exempti, & alio Superiori subiecti. *c. Gravæ. c. Ex parte de privileg. Gloss. in Clement. Si de beneficio de Præbend. cum aliis per Cocchier. de Juris in exempti. part. 1. quæst. 5. num. 4.*

Immo in dicta Constitutione Julius præservat Jurisdictionem aliorum Officialium Urbis in dictos Clericos, ut in §. 3. ejusdem Constitutionis, ibi, aut aliis Clericis, & Officialibus, ad quos spectat.

Paulus verò Tertius in sua Constitutione nihil aliud facit, quàm confirmare Constitutionem Pauli Secundi, quoad visitationem locorum exemptorum, conceditque Cardinali Vicario nonnullas alias facultates, quæ non tollunt privilegium Cardinalium.

Sed cum in singula vacatione Titulorum, Summi Pontifices reintegrent Cardinales in plenariam Jurisdictionem Temporalium, & Spiritualium suorum Titulorum, præsertim in Clericos, & alios sibi subiectos, non videntur posse obtinere privilegia concessa Cardinali Urbis Vicario, quemadmodum dictum est supra de consuetudine, & præscriptione.

Nec obstat Observantia subsequuta. Quia, & si negligentia Prælatorum possit nocere Ecclesiis, ita ut etiam afficiat Successores. *Paris. conf. 3. n. 15. lib. 4.*

Hæc tamen Conclusio non habet locum, si prajudicium, quod peperit negligentia, tollatur per superiorem, sicuti enim Princeps potest tollere præscriptionem. *l. Præscriptio. C. de Operib. Public. Soccin. conf. 86. numer. 16. lib. 1. Ruin. conf. 13. numer. 5. lib. 4. Soccin.*

*Socin. jun. cons. 1.46. n. 56. Ceph. cons. 4. n. 47. Surd. de-
cis. 2. n. 3. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 4. n. 312.*

Ita potest tollere media, quæ ad præscriptionem
conducunt, qualis est negligentia, ex qua inducitur
præscriptio, *Rota decif. 126. n. 2. part. 2. rec.*

Præterea cum Cardinales Titulares actus Jurisdic-
tionis exercuerint, scilicet conferendo Beneficia, Be-
nedictionem solemnem impartiendo, visitando, &c.,
per istos actus omnis observantia interruptitur. *Ab-
bas in c. Illud. de Præscript. Pub. dec. 385. n. 1. lib. 3. Rota
decif. 126. n. 47.*

Et cum omnis Jurisdicção Cardinalis Titularis fe-
rè pendeat ab ipsius consuetudine, certum est, quod in a-
ctibus facultatis, nec consultatio, nec præscriptio,
nec observantia obstant, nisi constet de prohibitione,
& acquiescentia. *Innocent. in c. Cum Ecclesia. de Caus.
possess. & propriet. ubi Ripa n. 45. Penia decif. 408. nu. 7.
Gregorius XV. decif. 17. 2. n. 10. & ibi latè adden. n. 5.*

In omnem casum vana redditur observantia, cum
II de bono Jure Cardinalium Titularium constet, &
observantia reddatur æquivoca. *Seraphin. decif. 1108.
n. 7. tam ex Constitutione Sixti V. quam ex indultis, si-
vè Diplomatis Titulorum. Cum clausula sublata, &
Decreto irritanti, ex quibus tollitur omnis observan-
tia. Rota decif. 66. n. 13. part. 7. rec.*

Miror autem, Adversarios ad suum sensum trahere
illa verba Diplomatis Titulis Sanctæ Mariæ in Via.
Prout alii Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore
præfuerunt, potuerunt de illis disponere, & eandem
Ecclesiam regere, & gubernare potuerunt, seu etiam
debuerunt.

Quasi quod Summus Pontifex restringat aucto-
ritatem Cardinalis Titularis, præsertim, ut Adversarii
ajunt, quia nulli Cardinales, & zelo, & virtute, ac San-
ctitate præstantes, nisi sunt aliqua auctoritate in Fra-
tres intervenientes dictæ Ecclesiæ.

Nam tantum adest, ut dicta verba limitent aucto-
ritatem Cardinalis Titularis, quinimò illam ampli-
ant, adversus omnia ab Antecessoribus, qui si non
fecerunt ea, quæ habebant facere, malè fecerunt, ut
notat in Terminis. *Gloss. in Clement. Accedentes. de
Statu Monach. in verb. Debeant, ubi ait, malè faciunt
Prælati, qui has visitationes omitunt, cum hoc ver-
bum sit præcepti, & necessitate importet, & ibi no-
tant Cardan. Zabarell. & Vitalis. nu. 16. ubi quod si
Prælati non faciunt, quæ debent facere, cum hic sint
in præcepto ex vi Dictionis, Debet, peccant mortaliter.
Voluit ergo Summus Pontifex per illa verba tol-
lere malè facta ab Antecessoribus, & eorum negligen-
tia noluit nocere Successoribus. *Burratt. decif. 704. n.
9. Rot. decif. 337. n. 25. part. 10. recent.**

Præterea notum non est, quod Cardinales prædi-
cti fecerint, vel quod omiserint; Hoc enim proban-
dum est ab Adversariis; Super hoc enim eorum asser-
tionibus non est standum, Certum quidem est, quod
ipsi poterant, & debebant deputare Vicarium Titula-
rem juxta facultatem sibi datam à Concilio Latera-
nensi, & Constitutione Sixti V. deputare Parochum
amovibilem, quia Cura residet penes Cardinalem Ti-
tulare, deputare Sacristam, Concionatorem, & alios
ministros, de quibus in *discept. à n. 19.* non obstantibus
ex adverso deductis, quibus respondetur infra.

13 Et quare ipsi hos actus non fecerint, non tamen
ex hoc actu negativo argui potest actus contrarius
impotentia in successore, præsertim cum actus isti sine
facultati, *Abbas cons. 101. num. 7. Rot. a dec.
630. num. 15. part. 4. tom. 3. in
recent.*

S V M M A R I V M

Nonæ Questionis.

- 1 **I**n materia derogationis ad Pontificis mentem re-
currendum est.
- 2 Derogatum censetur per Pontifices privilegii &
Constitutionibus antecedentibus per posteriores
editas per viam legis.
- 3 Item derogatum censetur ex constitutione ad publi-
cam utilitatem edita.
- 4 De derogatione in specie facta per Sixtum V. pri-
vilegii & Indultis tam Ecclesiis in tutum ere-
ctis, quam illis Regularium.
- 5 Per derogationem cum clausula illorum tenorem
pro expressis, & derogatum censetur quibus scilicet
que precedentibus constitutionibus & privilegii
etiam derogatarum derogatorias habentibus.

NONA QUESTIO.

Ansit derogatum per Bullam Sixti V. & Diplo-
ma Cardinalis Titularis exemptioni Fratrum
Servorum interventibus dictæ Ecclesiæ Sanctæ Ma-
riæ in Via. Ex adverso scribentes multa involvunt, &
confundunt circa hujusmodi Derogationem, sed nos
paucis questionem expediemus.

Et supponendum est in materia Derogationis re-
currendum esse ad mentem Summi Pontificis. *Rota
decif. 137. part. 1. divers. & decif. 91. n. 13. post. Vivian. de
Jure Patron. & decif. 100. part. 5. recent.*

De mente autem Pontificis constare dicitur, quan-
do edit Constitutionem posteriorem per viam legis,
nam tunc non est opus derogare in specie Constituti-
onibus, & Privilegiis antecedentibus. *Felin. in c. Non-
nulla n. 9. de Rescript. Pub. decif. 164. num. 2. lib. 2. in
Aniq. Penia decif. 1142. nu. 5. Rota in Compansa Juris
Patronatus 3. Decembris 1604. Coram Litta registr.
post Vivian. de Jure Patron. lib. 4. cap. 10. n. 24. & 267.
vers. Quarto fuit responsum. Burratt. decif. 390. nu. 5. &
decif. 454. nu. fin. post modernos de manni. & decif. 8. nu.
9. part. 1. recent.*

Secundo constat de mente Pontificis, quando edit
Constitutionem ad publicam utilitatem. Tunc enim
non est necesse aliqua derogatio, Rota in puncto Sæ-
cularizationis Ecclesiæ Regularis *decif. 174. n. 7. part. 1.
rec. Fagnan. in c. Caterum nu. 32. de Rescript. & in cap.
Causam qua nu. 38. eod. tit. Frances. de Eccles. Cathedra-
l. c. 10. à n. 50.*

Quod autem Constitutio Sixtina facta fuerit ad
publicam utilitatem, & decorem Ecclesiæ Romanæ,
patet ex ipsamet Constitutione in §. 1.

Sed sumus extra difficultatem, quia Sixtus V. in sua
Constitutione Præfinitionis Titulorum derogavit, in
specie etiam Indultis, & Privilegiis non solum earum
Ecclesiarum, quas erexit in Titulum, sed etiam Ordi-
num Regularium hisce clarissimis Verbis. Non ob-
stantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apo-
stolicis, ac Ecclesiarum supradictarum, & aliarum
quarumcumque; nec non Ordinum, Juramento. Con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
ratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque,
indultis, & litteris Apostolicis, illis, ac quibusvis per-
sonis quomodolibet concessis, approbatis, & innova-
tis, quibus omnibus illorum tenorem præsentibus pro
expressis habentes specialiter, & expresse derogamus,
cæterisque contrariis quibuscumque. Ex qua deroga-
tione facta cum clausula, illorum tenorem pro expres-
sis, censetur derogatum quibusvis Privilegiis, & Con-
stitutionibus habentibus, etiam derogatarum de-
rogatorias. *Felin. in c. Nullum. 4. de Rescript. & in c.
Accedentes nu. 5. de Præscription. Mohedan. decif. 1. de
Rescript.*

Rescript. Gregor. XV. in puncto de Privileg. concessis Religioni Hierosolymitane decif. 109. & ibi. Adden. n. 10. ubi quod hæc clauula fuit inventa, qua Papa derogare posset gratis præsentibus, de quibus notitiam non habet, aliàs nimis arctaretur, si propter ignorantiam illas revocare non posset Rot. decif. 630. n. 42. & 43. par. 4. rec. tom. 3.

SUMMARIUM

Decimæ Quæstionis.

Regula de jure quasitio non tollen. non est expressè derogandum, quando gratia de sui natura est juri tertii præjudicialis.

2 Quæ sunt de sui natura juri tertii præjudiciales, ubi de unione, erectione, & similibus.

DECIMA QUÆSTIO.

An fuerit necesse derogare in Diplomate Tituli in specie Privilegiis Summorum Pontificum, qui concesserunt exemptionem Fratibus Servorum, Cum agatur de Jure Tertii, & sic Regulæ de jure quasitio non tollendo.

Et negativè est resolvendum, quia Regulæ de jure quasitio non tollendo, & Juri Tertii non est expressè derogandum, quando Papa facit actum de sui natura præjudiciale Juri Tertii. *Dec. cons. 113. n. 17. vers. non obstat. Cassador. dec. 1. de Privileg. Gonzalez. super Reg. 8. Cancell. Gloss. 36. n. 48. Gratian. discept. 458. n. 11. Seraph. dec. 762. n. 4. & n. ult. & dec. 1445. n. 7. Rota in recent. decif. 48. n. 1. & decif. 174. n. 2. & 7. par. 1. & decif. 11. n. 25. & decif. 114. n. 11. par. 6. Buratt. decif. 193. n. 4. Adden. ad eand. decif. 576. n. 13. & 17.*

2 Quod autem Erectio dictæ Ecclesiæ S. Mariæ in Titulum sit actus præjudicialis Jurisdictionum Fratrum, non est dubitandum, sic Rota coram Seraph. d. dec. 1445. n. 6. ibi. Non obstat, quod Regulæ de non tollendo derogatum non fuerit, quia non procedit in gratia de sui natura præjudiciali, ut est unio, exemptio, erectio, & similes. *Millin. dec. 198. n. 4. Adden. ad dec. Buratt. 576. n. 13. Gratian. d. discept. 458. n. 15. Fagnan. in c. Caterum. n. 29. qui loquitur in erectione, & secularizatione. Idem in c. Causam. qua n. 37. eod. tit. & in terminis Frances. de Eccles. Cathedral. c. 10. n. 52. Nec in hoc potest conqueri Conventus dictæ Sanctæ Mariæ in Via, quia Papa in hoc utitur jure suo, optime idem Frances. loco cit. n. 55.*

SUMMARIUM

Undecimæ Quæstionis.

Regulares in aliqua dioecesi degentes, quibus in casibus sunt exempti ab illius Episcopi jurisdictione.

2 De differentia circa jurisdictionem inter Cardinales, Titulares habentes pleno jure subiectos Regulares suis Ecclesiis inservientes, & Episcopos nullam jurisdictionem habentes, nisi in casibus à S. Conc. Trid. & Constitutionibus Apostolicis præscriptis.

3 Cardinales Titulares facultatem habent deputandi Vicarium in suis Ecclesiis Regularibus ne dum à jure communi, sed etiam à Concilio Basiliens. sub Eugenio IV.

4 Jurisdictio quam habent Cardinales in suis Titulis est ordinaria, & Sede vacante non expirat, illamque exercere possunt per suos Vicarios, dum sunt in conclavi.

5 Vicarius à Cardinali Titulari deputandus in Ecclesia Regulari debet esse Regularis, & de rationibus, & n. 10.

6 Cardinales Titulares Monachorum rationem à Monachis habere debent.

7 Ecclesiæ Regulari præfici non debent clerici seculares, neque ab eis illa reformari, præsertim si Vicarius est Regularis.

8 De intelligentia text. in cap. in nova 16. q. 2. & quando appellatione Cleri veniant Monachi.

9 Exemptio Regularis à subjectione sui Superioris Regularis per deputationem in Vicarium, locum non habet in iis qua respiciunt regularem observantiam.

10 Regulares Ecclesiæ Titulari inservientes possunt nunquam subditi per Cardinalem Titularem in Vicarium deputari absque Superioris Regularis licentia ad instar Episcopi assumentis in cubicularium aliquem Religiosum absque Abbatis licentia.

11 Declaratio S. Congregationis Episcoporum, & Regularium recipit interpretationem à jure communi, ut procedat si Episcopus vel Cardinalis Titulares vellent deputare in Vicarium sibi non subditum.

12 Parochi deputatio in Ecclesia Regulari Titulari spectat ad Cardinalem Titularem, & declaratur quando locum habeant Concilii Trid. dispositio, & privilegia Innoc. VIII. & Leonis X.

13 De differentia inter deputationem, & approbationem Confessariorum ut deputatio in Ecclesia Regulari spectet ad Superiorem Regularem, approbatio autem Ordinario.

14 Conclusio quod in Ecclesia seculari Prælatu habens jura Episcopalia Confessarios etiam approbat, intelligitur quatenus habeant territorium separatum & Nullius.

15 Cardinales Titulares habentes in suis Ecclesiis Regulares sibi pleno jure subiectos, territorium separatum habere dicuntur.

16 Papa potest ex privilegio concedere territorium separatum, ac jura Episcopalia.

17 Quæ dicta sunt de Cardinalibus Titularibus circa electionem, & deputationem Parochorum, Confessariorum, & Concionatorum locum sibi vendicant etiam quoad Sacristas suppellectilium, ac Thesauri Ecclesiæ custodiam habentes.

18 Jus visitandi Ecclesiam habens, visitare potest sacrorarium vel sacristiam omniaque suppellectilia & ornamenta cultus Divino necessaria.

19 Decreta irritantia in Constitutione, & diplomate Tituli apposita insciunt quæcumque titulum & possessionem.

20 In possessorio pendente à negotio principali prius terminandum est negotium principale, quam concedatur mausentio.

UNDECIMA QUÆSTIO.

An sit differentia inter Jurisdictionem, quam habent Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum, & illam, quam habent Episcopi in Regulares existentes in suis Dioecibus.

Hæc quæstio non esset examinanda, quia parum conducit ad rem nostram, sed quia Adversarii conquirentur apud Illustrissimos Prælatos, quibus mandata est à SS. D. N. hujusmodi controversis ad referendum Sanctitati Sux, quod si concederetur Jurisdictio Cardinalibus Titularibus in Regulares inservientes Ecclesiis Titulorum; Episcopi possent eodem Jure prætere deesse sibi subiectos. Ut tollatur hujusmodi æquivocatio.

Dico, quod hodiè propter Privilegia concessa à Summis Pontificibus Regularibus, non habent Episcopi

scopi in illos, qui morantur in eorum Diœcesibus, nisi in nonnullis casibus Jurisdictionum, qui casus enumerantur à Fagnano usque ad 47. in c. Grave. & ann. 37. usque ad fin. de Offic. Ordinarii, quod extendit Barbosa, de Potest. Episcop. allegat. 105. ad quinquaginta duo à num. 14. usque ad 89.

In plurimis autem ex istis casibus procedunt Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ea ratione, quia Summus Pontifex noluit illis auferre exemptionem, sed Apostolica Auctoritate delegare Episcopum, ut in eos in dictis casibus exerceat Jurisdictionem.

At Cardinalibus plenam, & omnimodam Jurisdictionem concessit in inservientes Ecclesiis suorum Titulorum reducendo illos subiectos Ordinario, sicuti ante exemptionem erant de jure cõmuni, usque supra firmatum est.

Et propterea Episcopi non possunt sumere exemplum à Jurisdictione Cardinalis Titularis. Cum in sua Ecclesia habeat eos pleno jure subiectos, quod non est concessum Episcopis, qui nullam habent Jurisdictionem, nisi in casibus præscriptis à Concilio Trid. & à quibusdam Constitutionibus Apostolicis, & propterea trepidant timore, ubi non est timor.

Nec ex eo, quod Episcopus in Ecclesia Cathedrali Regulari habeat omnimodam Jurisdictionem in Monachos exceptis iis, quæ respiciunt Regularem observantiam, ut resolvit Rota in Mortisregalis Jurisdictionis coram Cocino, non possunt inde alii Episcopi trahere exemplum, ut in Monachos, sive Regulares animadvertant, ita nec possunt illud trahere à Cardinali Titulari.

Firmata igitur nostra Jurisdictione in Fratres inservientes Ecclesiæ Sanctæ Mariæ nostri Tituli, & sublati omnibus, quæ ex adverso deducta fuerunt. Superest videre, An Cardinali Titulari competat facultas deputandi Vicarium Titularem in Ecclesia Regulari sui Tituli.

Et resolvendum est affirmativè, Hæc enim facultas non solum competit ei à jure communi. c. In nova 16. q. 7. c. Cum simus 9. q. 4. c. Quoniam 89. distinct. cum aliis per Sbrozz. de Vicar. Episcop. lib. 1. in probem. numer. 6.

Sed etiam tradita fuit ei à Concilio Basiliensi. quod tunc erat sub obedientia Eugenii IV. Quicquid Adversarii dicant cum nondum fuisset dissolutum, & Ferrariam translatum, & Concilio Lateranensi, dum mandant, quod per se ipsum, vel saltem per Vicarium idoneum Ecclesias Titulares visitent, cujus Lateranense decreta in hac parte confirmavit Sixtus V. sua Constitutio. de præfinit. tit. Card. §. 12.

Et propterea cum Cardinalis Zabarella in Clementina. Ne Romani §. Irritum. q. 3. de elect. dixerit Jurisdictionem, quam habent Cardinales in suis Titulis esse ordinariam, & non expirare Sede vacante. Fagnan. in c. Cum olim. de majorib. & obed. dixit, cum non possint illam exercere per se ipsos, dum manent in Conclavi, debere, & posse exercere per suos Vicarios, & Ministros.

Vicarius autem deputandus à Cardinali Titulari in Ecclesia, cui inserviunt Regulares, non potest esse Clericus secularis, sed omnino debet esse Regularis, quia cum ea, quæ spectant ad Divinum Officium, & levitium dictæ Ecclesiæ more Regulari debeant peragi. Rota dec. 73. part. 1. in recent. melius possunt omnia exerceri sub Vicario Regulari tanquam melius informato, quam seculari, ut notant Io. Andr. & Gemina. in c. Nullus Religiosus de elect. in 6. Barbosa, de potest. Episc. alleg. 105. nu. 92. Cardinalis enim Titularis debet habere rationem Monachorum à Monachis. c.

Cum Pastoralis 3. q. 7. Turrecrem. in c. Si quis n. 2. vers. Ad Tertium, & ibi. Præpos. n. 2. distinct. 58. & in principio dicit, quod Ecclesiæ Regulari non debet præfici Clericus secularis, vel inter eos esse Beneficiatus cap. Cum inter de religiof. domib. & n. 1. col. 2. vers. Probatur etiam ratione, dicit, quod Ecclesiæ Regularis non debet reformari à Clericis secularibus, & multo magis hoc procedit, quando constituitur Vicarius Regularis in Ecclesia, in qua Episcopus est loco Abbatis. Turrecrem. loc. cit. vers. Nam idem esset.

Nec obstat textus in c. In nova 16. q. 2. ubi habetur, quod Vicarius non debet discrepare ab Episcopo in professione, & habitu, quia textus ille loquitur de discrepantia professionis, & habitus laicalis, non autem de professione, & habitu Clericali. Cum ibi dicatur, Episcopus laicos non habeat, sed ex proprio Clero, & hoc casu appellatione Cleri veniunt Monachi. Turrecrem. in d. c. Si quis n. 2. ad tertium in corpore Præpositus, ibid. n. 2. vers. Potest responderi.

Nec obstat, quod si Regularis constitueretur Vicarius, amoveretur à subiectione Superioris Regularis, quia ultra quod non intendimus illum subtrahere in his, quæ respiciunt Regularem observantiam; nihilominus si subtraheretur & hoc debet tolerari propter majorem Ecclesiæ utilitatem, ut dicunt Turrecrem. Præpositus loc. cit. ille vers. Nec obstat, si dicatur, iste vers. Nec obstat quod per hoc.

Et in simili videmus, quod licet Inquisitores hæreticæ pravitatis, & eorum Vicarii, sub sint ratione Officii Jurisdictioni Sacræ Congregationis supremæ, & Universalis Inquisitionis, non tamen eximantur à Jurisdictione superioris Conventus in his, quæ spectant ad Regularem observantiam, ut ex Zanardo, Santarello, Rodriquez, & Homobono, tenet Carena de Offic. Sanctæ Inquis. par. 1. tit. 5. §. 8. n. 69. 70. & 71. Et ita pluries ab eadem Sac. Congregatione fuit declaratum, aliàs si deputaretur Vicarius secularis, esset arare in Bove & Asino contra Text. in c. Cum causam, post med. ubi Gloss. in verb. Asino de elect. & in c. Presbyteros 16. q. 1. & in Clement. 1. de elect. Fagnan. in d. c. Cum causam n. 9. quod intelligit de mente Burr. n. 10. & Imola n. 1. Si homines disparis professionis associentur ad unum effectum, ita ut sit unum corpus: quod & resolvit Rot. decis. 743. n. 21. coram Merlin.

Et hoc casu non est necessarium, quod Frater deputatus Vicarius Titularis à Cardinali Titulari obtineat licentiam à suo Superiore, quia ea omnia ex adverso adducta procedunt, quando vellet Cardinalis Titularis assumere alium Religiosum sibi non subditum ad tale officium, secus quando eligit suum subditum, qualis est unus ex Fratribus inservientibus in Ecclesia Titulari; Sufficit enim licentia ejusdemmet Cardinalis tanquam dicti Fratris Superioris, sic Navarr. conf. 2. de Regul. ad fin. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 6. c. 13. nu. 89, & facit quod dicit Gloss. in cap. Cum Pastoralis 2. q. 1. quod Episcopus potest assumere sibi Religiosum in Cubicularium absque licentia Abbatis, vel Superioris, si non sit exemptus, eo quia Episcopus est ejus legitimus Superior. Et hanc doctrinam. Gloss. post Gregor. Lopez. sequitur Sanchez loc. cit. numer. 99. ubi dicit ita intelligendos esse Doctores, qui licentiam Abbatis volunt esse necessariam, & illos qui putant hoc posse Episcopum etiam invito Abbate.

Nec quicquam facit declaratio asserta Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quia recipit interpretationem à jure communi. Cocin. dec. 157. nu. 6. Et propterea intelligenda est, quando Episcopus vellet deputare Religiosum sibi non subditum in Vicarium, & in hoc credimus nullam adesse difficultatem.

Secundò

Secundò poterit deputare Parochum, nam cura Animarum per erectionem dictæ Ecclesiæ in Titulum fuit ablata à Superiore, & Conventu, & translata in Cardinalem Titularem, ut patet, tum ex Conciliis Basiliensibus, Lateranen. Constitutione Sixti V. & Diplomate Tituli registr. in calce disceptationis. Ad ipsum spectat deputatio Parochi. *Rota dec. 2. de excess. Pralat. in novis. Tondut. quest. benef. part. 2. cap. 1. §. 5. num. 10.*

Non obstat dispositio Concilii Tridentini. *Sess. 25. cap. 11. de regular. & assertum Privilegium Innocentii Octavi & Leonis X. quibus cavetur, quod Parochus deputetur à Superioribus Regularibus, quia & Concilium Tridentinum, & prædicta privilegia habent locum in Ecclesia Regulari subiecta Superioribus Regularibus, secus in Ecclesia Regulari jam secularizata, & Cardinali Titulari pleno jure subiecta, quia omne Jus, quod habebat Superior Regularis fuit translatum in Cardinalem Titularem, qui subrogatus fuit in ejus locum. *Rota decif. 252. n. 4. part. 5. recent. latè Tamburin. de Jur. Abbat. disp. 15. quest. 11. num. 9.**

Et ferè in terminis de Ecclesia Parochiali erecta in Collegiatam, quod cura Animarum debeat exerceri per Præpositum, in quem vigore erectionis cura fuit translata; sed ab eo deputandum, dixit, *Rota decif. 37. nu. 1. & 2. part. 9. recent.*

Quo verò ad deputationem Confessariorum, aliqui ex Adversariis æquivocant inter deputationem, & approbationem. Aliud est enim deputare, aliud approbare; Nam sicuti in Ecclesia Regulari, Superior deputat Regulares ad audiendas Confessiones secularium, Ordinarius verò, cui præsentantur, approbat ad præscriptum Concilii Tridentini *cap. 15. Sess. 13. de reform. & habetur in Clement. Dudum §. Statuimus etiam de Sepulchris. Barbof. ad d. cap. 15. n. 7.* Sic in Ecclesia seculari Prælati, qui ibi habet Jura Episcopalia, Confessarios deputat, immò, & approbat. *Ricc. decif. 22. nu. 4. & 5. part. 4. Suarez de Pœnitent. tom. 4. disp. 28. sect. 5. n. 3. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 2. disp. 6. quest. 11. Barbof. ad d. c. 15. n. 28. Ciarlin. latè c. 208. nu. 46. 68. & 69.*

Neque obstat, quod Prælati habentes Jura Episcopalia non possint approbare Confessarios, neque Concionatorem, nisi habeant Territorium separatum, & sint nullius Diocesis, ut resolvit Sacra Congregatio Concilii, cujus resolutionem refert, & sequitur Rota coram Penia. *decif. 1052. & decif. 332. par. 1. in recent.*

Quia, ut supra dictum est in octava questione, Cum Cardinalis Titularis habeat in sua Ecclesia Regulares sibi pleno jure subiectos, perindè ac si haberet Territorium separatum, ut dixit Rota *decif. 44. n. 5. post Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3.*

Nec inde inferitur præjudicium Summo Pontifici, quia si vult, potest suo privilegio concedere Territorium separatum, & Jura in eo Episcopalia. *Rota decisione 46. n. 5. & 6. post 3. tom. Tamburin.*

Sed quicquid sit de questione. An Cardinalis Titularis possit approbare Confessarios, & Concionatorem, cum hodiè solum de deputatione agatur; quæstio circa approbationem agitata erit inter Eminentissimos Cardinalem Vicarium, & Cardinalem Titularem.

Quod dictum est de Parocho, Confessariis, & Concionatore, multò magis habet locum in Sacrista, quia cum ad eum spectet cura suppellectilium, quæ

sunt destinata Cultui Divino in dicta Ecclesia, & curare, ut missæ, quæ præviâ elemosinâ à fidelibus expetuntur, ibidem celebrentur, & habere custodiam thesauri Ecclesiæ, ut in *c. 1. de Offic. Sacristæ. Rota coram Coccino decif. 238. n. 9.* propterea Cardinalis Titularis potest eligere, quem voluerit ex dictis Fratribus, ut resolvit Rota *decif. 203. n. 7. coram Coccino.*

Neque obstant ea, quæ à theologis ex adversò scribentibus opponuntur circa deputationem Sacristæ, & visitationem Sacrarum, ex eo quod Sacrista sit Regularis, & illi ad nullum Cultum Dei teneantur, ut debitum Ecclesiæ Titulari.

Nam certè hæc omnia impertinenter dicta sunt; Si enim Ecclesia Titularis, cui inserviunt Regulares, est subiecta in temporalibus, & spiritualibus pleno jure Cardinali, eam in Temporalibus, & Spiritualibus sollicitè, fideliter, & prudenter regere, & gubernare debet, frequenter visitare, & circa Cultum Divinum invigilare, ut mandatur à Constitutione Sixti V. Quis erit, qui negare audeat sub nomine Cultus Divini non venire deputationem Sacristæ, & Sacrarum visitationem? Et si negligens fuerit semel deputatus, quin possit amoveri à Cardinali Titulari, sicut potest amoveri ab Episcopo, Textus est in *c. 2. de Offic. Custodis in fine*, qui licet loquatur de Custode, idem tamen est Custos, & Sacrista, ut notat *Azor. tom. 2. Institut. Moral. lib. 3. quest. 16. Sebastian. Casar. de Eccles. Hierarch. quest. 2. Prehem. nu. 6. Barbof. Juris univers. lib. 1. c. 17. num. 11. in fine.*

Qui autem habet jus visitandi Ecclesiam, certum est posse visitare Sacrarum, sive Sacristiam, ibidem suppellectilem, paramenta, & ornamenta necessaria, redditus Sacristæ, Vasa Sacra, Crucis, Calices, Patenas, Tharibula, Candelabra, & alia, de quibus per Fuleum de *Visitation. lib. 1. cap. 3. Ventriglia in prax. tom. 2. annotat. 2.4. n. 46. Paz Jordan. lucubrat. tom. 2. lib. 7. tit. 1. nu. 175.* ubi ponit modum visitandi Sacristiam.

Cum ergo Fratres degentes in Conventu sanctæ Mariæ in Via non habeant assistentiam Juris communis, Breve Leonis illis non suffragetur, quia per erectionem in Titulum dictæ Ecclesiæ evanuit, consuetudo immemorabilis nulla adfit, etsi adesset, fuit sublata, præscriptione non possint juvari, nullumq; jus habeant se opponendi in his, quæ spectant ad cultum Divinum, & curam animarum in dicta Ecclesia Cardinali Titulari, & sint pleno jure, & omninò subiecti eidem Cardinali, ablata à Generali, Provinciali, & Superiori omnis in eos Jurisdictio, non est cur petant manteneri in eorum præsentia possessione, quæ & non adest, & si adesset, per decreta irritantia appolita in Constitutione Sixti, & Diplomate Tituli, quæ insciunt Titulum, & possessionem, ut per plures decisiones Rotales ostendit. *Barbof. claus. 40. nu. 18.* fuit sublata.

Nec potest hodiè dari de possessione, quia solum tractatur, ut Illustrissimi Domini mei referant Sanctitati suæ, quam auctoritatem habeant Cardinales Titulares in Ecclesiis Regularibus suorum Titulorum, cum ex hoc pendeat bonum Jus, vel Cardinalis Titularis, vel Fratrum inservientium dictæ Ecclesiæ Titulari, & quando possessio pendet à negotio principali, ut hic, debet priùs terminari negotium principale. *Gregorius XV. decif. 283. & ibi Adhen. num. 18.*

F I N I S.

INDEX